


*De tamara  
marcus*

# ORATIONES, Q VAE IN VNIVERSALI ECCLESIA PER TOTVM ANNVM. decantantur, secundū ordinem Breuiarij & Missalis Ro- mani à Pio V. reformati , collectæ & recognitæ , & ad maiores utilitatem scholasticorum magna cura & diligencia excussæ.



BVRGAS.  
Apud Philippum Iantum.  
1578.

О Я Т А И  
О В А Е И Н Н А Е  
Л Г С И С А П Р Л Т О Л А  
С К И

А т и с  
А т и с  
А т и с

А т и с  
А т и с

Р

179901/64

179904  
39216

T. 1725870

C. 7333448F

R. 2800204

# Domīnica prima de Aduentu.

*Oratio.*

Xcita, quæsumus Dñe, potentia tuā, & veni: vt ab immimentibus peccatorū nostrorū periculis te mereamur protegente eripi, te liberante saluari. Qui viuis & regnas cū Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus: per omnia secula seculo runt, Amen,

*Secrta.*

Hęc sacra nos Dñe potenti virtute mundatos, ad suū faciant puriores venire principiū. Per Dñm. *Postcommunio.*

Suscipiamus Dñe misericordiam tuam in medio templi tui: vt reparatiōnis nostre vētura solēnia, congruis honoribus præcedamus. Per Dominum nostrum.

*Domīnica secunda de Aduentu. Oratio.*

Xcita Dñe corda nostra, ad preparandas vniogeniti tui vias: vt per eius aduentum purificatis tibi mentibus seruire mereamur. Qui tecum viuit.

*Secrta.*

Placare, quæsumus Dñe, humilitatis nostræ precibus, & hostiis: & vbi nulla sufficiet suffragia meritorum, tuis nobis succurre præsidiis. Per Dominum. *Postcommunio.*

Repleti cibō spiritualis alimonie supplices te Dñe deprecamur: vt huius participatione mysterij, doceas nos terrena despicer, & amare cælestia. Per Dominum.

*Dominica tertia de Aduentu.*

*Oratio.*

A Vrem tuā quæsumus Dñe, praemis nostræ tenebras, gratia tuae visita, tions illustra. Qui viuis.

*Secrta.*

Deuotionis nostrę tibi, quæsumus Dñe, hostia iugiter immoletur, quæ & sacri peragat instituta mysterij, & salutare tuum in nobis mirabiliter operetur. Per. *Postcommunio.*

Imploramus Dñe clementia tuā: vt hęc diuina sublīdia à vitiis expiatos ad festa ventura nos præparent. Per Dominum.

*Feria iiiij. Quatuor temporum Adventus. Oratio.*

P Resta quæsum⁹ omnipotēs De⁹: vt redēptionis nostre ventura solennitas, & præsentis nobis vita subſidia conferat, & aeternę beatitudinis præmia largiatur. Per Dominum nostrum.

*Oratio.*

Festina, quæsumus Dñe, ne tardaueris: & auxilium nobis supernæ virtutis impendae: vt aduentus tui consolationibus subleuētur, qui in tua pietate confidunt. Qui viuis.

*Secrta.*

Accepta tibi sint, quæsumus Dñe, nostra ieunia: que & expiando nos tua gratia dignos efficiant, & ad promissa sempiterna perducant. Per Dominum.

*Postcommunio.*

Salutaris tui Domine munere satiatissimis supplices deprecamur: vt ciuis lætamur gustu, renouemur effectu. Per Dominum.

# Orationes

Feria vi. Quatuor temporum Aduentus.

Oratio.

**E**xulta, quæsumus Dñe, potentia  
tuæ, & veni: vt hi qui in tua pietate  
confidunt, ab omni citius aduersitate  
liberentur. Qui viuis, Secreta.  
Muneribus nostris, quæsumus Dñe,  
precibusq; suscepisti: & cælestib; nos  
mûda mysteriis, & clementer exaudi.  
Per Dominum. Postcommunio.

Tui nos Dñe sacramenti libatio sancta  
restauret: & à metuestate purgatos,  
in mysteriis salutaris faciat trânsire  
consortium. Per Dominum.

Sabbatho. Quatuor temporum Adiutorius.

Oratio.

**D**eus qui conspicis, quia ex nostra  
prauitate affligimur: concede propitiatus, vt ex tua visitatione  
côsolemur. Qui viuis. Oratio.

Concedé quæsumus omnipotens Deus: vt qui sub peccati iugo, ex  
metuestate seruitute deprimimur: expectata  
vnigeniti filij tui noua nativitate lib  
eremur. Per eundem. Oratio.

Indignos nos, quæsumus Dñe, famulos tuos, quos actionis propriæ  
culpa cōtristat: vnigeniti filij tui ad  
uentu lœtifica. Per eundem. Oratio.

Præsta quæsumus omnipotens Deus:  
vt filij tui ventura solennitas, & præ  
fensis nobis vita remedîa conferat: &  
præmia æterna concedat. Per eundem  
Dominum. Oratio.

Preces populi tui, quæsumus Dñe,  
clementer exaudi: vt qui iustè pro pec  
catis nostris affligimur: pietatis tuæ  
visitacione côsolemur. Qui vi. Oratio.

Deus qui tribus pueris mitigasti:

flammas ignium: concede propitiatus,  
vt nos famulos tuos non exurat flam  
ma vitiorum Per Dñm. Secreta.

Sacrificiis præsentibus, quæsumus  
Dñe, placatus intende: vt deuotioni  
nostræ proficiant, & saluti. Per Do  
minum. Postcommunio.

Quæsumus Dñe Deus noster: vt sa  
crosancta mysteria, quæ pro repara  
tionis nostræ munitione cōtulisti: &  
præsens nobis remedium esse facias  
& futurum. Per Dominum.

Dominica IIII. De Aduentu. Oratio.

**E**xulta Dñe potentia tuam, & ve  
ni, & magna nobis virtute sucur  
re: vt per auxilium gratiae tuæ, quo d  
nostra peccata præpediunt, indulgen  
tia tuæ propitiationis acceleret. Qui  
viuis. Secreta.

Sacrificiis præsentibus, quæsumus  
Dñe, placatus intende: vt & deuotio  
ni nostræ proficiant, & saluti. Per Do  
minum. Postcommunio.

Suptis munerebus, quæsumus Dñe,  
vt cum frequentatione mysteriis cres  
cat nostræ salutis effectus. Per Dñm.  
In Vigilia Nativitatis Domini. Oratio.

**D**eus qui nos redemptionis no  
stræ annua expectatione lœti  
cas: præsta, vt vnigeniti tuum, quem  
redemptorem lœti suscipimus, venie  
rem quoq; iudicem securi videamus  
Dñm nostrum Iesum Christum filiu  
tum. Qui tecum. Secreta.

Da nobis quæsumus omnipotens  
Deus: vt sicut adoranda filij tui nata  
litia præuenimus: sic eius munera ca  
piamus sempiterna gaudentes. Qu  
tecum viuit. Postcommunio.

Post

*Post communio.*

**D**a nobis, quæsumus Dñe, vnigeniti filij tui recensita natuitate respirare: cuius cælesti mysterio pascimur & potamur. Per eundem Dominum.

*In Natuitate Dñi ad primā missā. Oratio.*

**D**eus qui hanc sacratissimam nocte veri luminis fecisti illuſtratione clarescere: da quæsumus: ut cuius lucis mysteria in terra cognouimus: eius quoq; gaudiis in cælo perfruamur. Qui tecum viuit. *Secreta.*

Acceptatibi sit, Dñe quæsumus, ho diernæ festiuitatis oblatio: vt tua gratia largiente, per hæc sacrosancta cōmertia, in illius inueniamur forma, in quo tecum est nostra substantia. Qui tecum viuit. *Post communio.*

**D**a nobis, quæsumus Dñe Deus noster, vt qui natuitatem Dñi nostri Iesu Christi mysteriis nos frequentare gaudemus, dignis conuerstationibus ad eius mereamur peruenire consor-tium. Qui tecum.

*Ad secundam missam in aurora. Oratio.*

**D**a nobis, quæsumus omnipotēs Deus: vt qui noua incarnati verbi tui luce perfundimur hoc in nostro resplendeat opere, quod per fidē fulget in mente. Per eundem.

*Pro S. Anastasiā cōmemoratio. Oratio.*

**D**a, quæsumus omnipotēs Deus, vt qui beatæ Anastasiæ martyris tuæ solēnia colim⁹, eius apud te patrocinia sentiam⁹. Per Dñm. *Secreta.*

**M**unera nostra, quæsumus Dñe natuitatis hodiernæ mysteriis apta pro-veniant, & pacem nobis semper in-fundant: vt sicut homo genitus idem

refulsit Deus, sic nobis hæc terrena substantia conferat, quod diuinū est. Per eundem.

*Pro S. Anastasia.*

*Secreta*

**A**ccipe, quæsumus Dñe, munera dignater oblata, & beatæ Anastasiæ suffragantibus meritis ad nostræ salutis auxilium prouenire concede. Per Dominum. *Post communio.*

Huius nos Dñe sacramenti semper nouitas natalis instaureret: cuius natuitas singularis humanæ repulit vetusta té. Per eundem. *Pro S. Anastasiā. Post cōm.*

Satisfacti Dñe familiam tuam munerebus sacris: eius quæsumus interuenzione nos refoue, cuius solennia celebremus. Per Dñm nostrum.

*Ad tertiam missam.*

*Oratio.*

**C**oncede, quæsumus omnipotēs Deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnem natuitas liberet: quos sub peccati iugo vetusta feruit tenet. Per eundem. *Secreta.*

Oblata Dñe munera, noua vnigeniti tui natuitate sanctifica: nosq; per hæc à peccatorum nostrorum maculis emunda. Per eundem. *Post cōmuni-*

Præsta quæsumus omnipotēs De⁹: vt natus hodiæ saluator mundi, sicut diuinæ nobis generationis est auctor; ita & immortalitatis sit ipse largitor, Qui tecum viuit.

*In festo S. Stephani Prothomartyris.*

*Oratio,*

**D**a nobis, quæsumus Dñe immi-tari quod colimus: vt discamus & inimicos diligere: quia eius natuita celebrantius, qui nouit etiā pro persecutoribus exorare Dominum no-

## Orationes.

strum Iesum Christum filium tuum,  
Qui tecum. Secreta.

Suscipe Dñe munera protuorū cō  
memoratione sanctorū: vt sicut illos  
passio glorioſos effecit, ita nos deuo-  
tio reddat innocuos. Per. Post communio.

Auxilietur nobis Dñe sumpta my-  
steria: & intercedēte beato Stephano  
proto martyre tuo sempiterna protec-  
tione confirmare. Per Dominum.

In festo sancti Ioannis Apostoli & Eu-  
angeliste. Oratio.

Ecclesiam tuam Dñe benignus il-  
lustra: vt beati Ioannis Apostoli  
tui & Evangeliste illuminata doctri-  
nis, ad dona perueniat sempiterna.  
Per Dominum. Secreta.

Suscipe Dñe munera, quæ in eius  
tibi solennitate deferimus: cuius nos  
confidimus patrocinio liberari. Per  
Dñm nostrum. Post comunio.

Refecti cibo potuq; cælesti, Deus  
noster, te supplices deprecamur: vt in  
cuius hæc commemoratione percepi-  
mus, eius muniamur & precibus. Per  
Dominum.

In festo SS. Innocentium Oratio.

Deus cuius hodierna die præco-  
niū Innocentes martyres, nō lo-  
quendo, sed moriendo confessi sunt:  
omnia in nobis vitiorū mala mortifi-  
ca: vt fidē tuam, quā lingua nostra lo-  
quitur, etiam moribus vita fateatur.  
Per Dominum. Secreta.

Sanctorum tuorum Dñe nobis pia  
non desit oratio, quæ & munera no-  
stra conciliet, & tuam nobis indulgē-  
tiam semper obtineat. Per Dominū  
nostrum. Post comunio.

Votua Dñe dona percepimus: quæ  
sanctorum nobis precibus & præfen-  
tis, quæsumus, vitæ pariter & æternæ  
tribue cōferre subsidiū. Per Dñm.  
In festo S. Thome Episcopi & martyris.  
Orati..

Deus pro cuius Ecclesia gloriōſus  
Pontifex Thomas gladiis impio-  
rum occubuit: praesta quæsumus: vt  
omnes qui eius implorant auxiliū, pe-  
titionis suæ salutarem consequantur  
effectum. Per Dñm. Secreta,

Munera tibi Dñc dicata sanctifica,  
& intercedente beato Thoma marty-  
re tuo atq; pontifice: per eadem nos  
placatus intende. Per. Post cōmunic.

Hæc nos cōmunio Dñe purget à  
crimine: & intercedente beato Tho-  
ma martyre tuo atq; Pōtifice, cælestis  
remedij faciat esse consortes. Per.  
Dominica infra octauam Natiuitatis Dñi.

Oratio.  
O Mnipotens sempiterne Deus,  
dirige actus nostros in benepla-  
cito tuo: vt in nomine dilecti filii tui,  
mereamur bonis operib⁹ abundare.  
Per eundem. Secreta

Concede quæsumus omnipotens  
Deus: vt oculis tuæ maiestatis munus  
oblatum, & gratiam nobis pia devo-  
tionis obtineat, & effectum beatæ pe-  
rennitatis acquirat. Per Dominum  
nostrum. Post comunio

Per huius Dñe operationē myste-  
rij, & virtus nostra purgentur, & iusti-  
desideria compleantur. Per Dñm.  
Infra octauam Natiuitatis Dñi. Orati.  
Cōcede quæsum⁹, &c. vt in die Na-  
tivitatis Dñi. Orati.  
In festo S. Sylvesteri Papæ & cōfes. Orati.

**D**a quæsumus omnipotēs De⁹, &c.  
vt in communi Confessoris pontificis.  
In die Circumcisio[n]is, & in octaua Natiui  
tatis Domini. Oratio.

Deus qui salutis æternæ beatæ Ma-  
riæ, &c. vt in Missis votiuis de beata  
Maria.

In octaua S. Stephani. Oratio.

**O**mnipotēs sempiterne De⁹, qui  
primitias martyrum in beati Le-  
uitæ Stephani sanguine dedicasti: tri-  
bue quæsumus, vt pro nobis interces-  
sor existat, qui pro suis etiam persecu-  
toribus exorauit Dominum nostrum  
Iesum Christum. Qui tecū. Secreta.  
& Postcommunio. vt in dic.

In Vigilia Epiphanie. Oratio.

Omnipotēs sempiterne Deus, diri-  
ge, &c. vt in Dñica infr. octa. Nati. Dñi.  
In Epiphania. Oratio.

**D**eus qui hodierna die vnigeni-  
tū tuū gētibus stella duce reue-  
lasti: cōcede propitius, vt qui iā te ex-  
fide cognouimus, vsq; ad contemplā-  
dā speciem tue celstitudinis perduca-  
mur. Per eundem Dñm. Secreta.

**E**cclesiæ tuzæ, quæsumus Dñe, dona  
propitius intuere, quibus non iā au-  
rum, thus, & myrrha profertur: sed  
quod eisdem muneribus declaratur,  
immolatur, & sumitur. Per Dominū  
nostrum. Postcommunio.

Præsta quæsumus omnipotēs De⁹,  
vt quæ solenni celebramus officio,  
purificat̄ mentis intelligentia conse-  
quamur. Per Dominum.

Dñica infr. octa. Epiph. Oratio.

**V**ota quæsumus Dñe, supplican-  
tis populi cælesti pietate prose-

quere: vt, & quæ agenda sunt, videat,  
& adimplenda quæ viderint, conua-  
lescant. Per Dominum. Secreta.

Oblatu in tibi Domine sacrificium  
viuiscet nos semper & muniat. Per  
Dominum. Postcommunio.

Supplices te rogamus omnipotēs  
Deus: vt quos tuis reficis sacra-  
mentis, tibi etiam placitis moribus dignā-  
ter deseruire concedas. Per Dominū.  
In octaua Epiphanie. Oratio.

**D**eus cuius vnigenitus in substanci-  
a nostra carnis apparuit: præ-  
sta quæsumus: vt per eum, quem simi-  
lem nobis foris agnouimus, intus re-  
formari mereamur. Qui tecū. Secreta.

Hostias tibi Dñe pro nati filij tui  
apparitione deferim⁹, suppliciter ex-  
orantes: vt sicut ipse nostrorū auctor  
est munerum: ita sit ipse misericors,  
& susceptor Iesu Christi Dñi no-  
ster. Qui tecum viuit. Postcommunio.

Cælesti lumine quæsumus Dñe,  
semper & ubiq; nos preueni: vt my-  
sterium, cuius nos participes esse ve-  
luisti, & puro cernamus intuitu, & di-  
gno percipiamus affectu Per Dñm.  
Dominica iij. post Epiphaniam. Oratio.

**O**mnipotens sempiterne Deus,  
qui cælestia simul & terrena  
moderaris: supplicationes populi tui  
clementer exaudi, & pacem tuam no-  
stris concede temporibus. Per Do-  
minum. Secreta.

Oblata Domine munera sanctifica:  
nosq; à peccatorū nostrorum macu-  
lis emunda. Per Dñm. Postcommunio.

Augeatur in nobis quæsumus Dñe,  
tue virtutis operatio: vt diuinis vege-

## Orationes

tati sacramētis, ad eorū promissa ca-  
pienda tuo munere preparēmur. Per.  
*Dominica iij. post Epiphaniam. Oratio.*

**O**mnipotens sempiterne Deus,  
infirmitatē nostrā propius re-  
spice: atq; ad protegēdū nos dexterā  
tuę maiestatis extēde. Per. *Secreta.*

Hæc hostia, quæsumus Dñe, emū  
det nostra delicta: & ad sacrificiū ce-  
lebrandū, subditorū tibi corpori, mē-  
tesq; sanctificet. Per Dñm. *Postcom.*

Quos tatis, Dñe largiris uti myste-  
riis: quæsumus, vt effectibus nos eorū  
veraciter aptare digneris. Per Dñm.  
*Dominica iij. post Epiphaniam. Oratio.*

**D**eus, qui nos in tantis periculis  
cōstitutos, pro humana lēcis fra-  
gilitate nō posse lūsistere: da nobis  
salutem mētis & corporis, vt ea, quæ  
pro peccatis nostris patimur, te adiu-  
nante, vincamus. Per Dñm. *Secreta.*

Concede quæsumus omnipotens  
Deus, vt huius sacrificij munus obla-  
tum, fragilitatem nostram ab omni  
malo purget semper & muniat. Per  
Dominum. *Postcommunio.*

Munera tua nos Deus, à delectatio-  
nibus terrenis expediā: & celestibus  
semper instaurēt alimenti. Per.

*Dominica v. post Epiphaniam. Oratio.*

**F**amiliam tuam quæsumus Dñe,  
cōtinua pietate custodi: vt quæ  
in sola spe gratiæ cælestis innititur,  
tua semper protectione muniatur.  
Per Dominum. *Secreta.*

Hostias tibi Domine placationis  
offerimus: vt & delicta nostrā misera-  
tus absoluas, & nutantia corda tu diri-  
gas. Per Dominum. *Postcommunio.*

Quæsumus omnipotens Deus, vt  
illius salutaris capiamus effectum: cu-  
ius per hæc mysteria pignus accepi-  
mus. Per Dominum.

*Dñica vii. post Epiphaniam. Oratio.*

**P**resta quæsumus, omnipotens  
Deus, vt semper rationabiliā me-  
ditātes, quæ tibi sunt placita, & dictis  
exequamur, & factis. Per. *Secreta.*

Hæc nos oblatio Deus mundet,  
quæsumus, & renouet, gubernet, &  
protegat, Per Dñm. *Postcommunio.*

Cælestibus Dñe, pasti deliciis, quæ-  
sumus, vt semper cādem, per quæ ve-  
raciter viuimus appetamus, Per.

*Dominica in Septuagesima. Oratio.*

**P**reces populi tui, quæsum⁹ Dñe,  
clemēter exaudi, vt qui iustè pro  
peccatis nostris affligimur, pro tui  
nominis gloria misericorditer libere-  
mur. Per Dominum. *Secreta.*

Muneribus nostris, quæsum⁹ Dñe,  
precibusq; susceptis, & cælestib⁹ nos  
munda mysteriis, & clementer exau-  
di. Per Dominum. *Postcommunio.*

Fideles tui Deus, per tua dona fir-  
mentur: vt eadē & percipiendo requi-  
rāt, & querēdo sine fine percipiāt. Per  
*Dominica in Sexagesima. Oratio.*

**D**eus qui conspicias, quia ex nul-  
la nostra actione confidimus:  
cōcede propitius, vt cōtra aduersa o-  
nia Doctoris gentium protectione  
muniatur. Per Dominum. *Secreta.*

Oblatum tibi Domine sacrificiū  
viuiscet nos semper, & muniat. Per  
Dominum. *Postcommunio.*

Suplices te rogamus omnipotē  
Deus: vt quos tuis reficiis sacramētis,

tibi etiam placitis moribus dignanter deseruire concedas. Per Dñm.

*Domimica in Quinquagesima. Oratio.*

**P**Reces nostras quæsumus Dñe, clemēter exaudi: atq; à peccatorū nostrorum vinculis absolutos, ab omni nos aduersitate custodi. Per Dominum.

*Secreta.*

Hæc hostia, quæsumus Dñe, emū det nra delicta: & ad sacrificium celebrandū, subditorū tibi corpora, mensq; sanctificet. Per. *Postcommunio.*

Quæsumus omnipotens Deus: vt, qui cælestia alimenta percepimus: per hæc contra omnia aduerſa muniamur. Per Dominum.

*Feria iij. Cinerū, in benedictione cinerū.*

*Oratio.*

**O**mnipotēs semperne Deus, parce pœnitētibus, propitiare supplicatiibus: & mittere digneris sanctū angelū tuū de celis, qui bene dicat, & sancti ficeret hos cineres: vt sint remedium salubre omnib; nomē sanctū tuū humiliter imploratiibus: ac semet ipsos pro conscientia delictorū suorū accusantibus: atq; ante conspectū diuinæ clementiæ tuæ facinora sua deplorantibus: vel ferenissimā pietatē tuā suppliciter obnixeq; flagitatiibus: & presta per invocationē sanctissimi nominis tui: vt quicunq; eos super se asperserint, pro redēptione peccatorū suorū, corporis sanitatē & animæ tutelā percipiāt. Per Christū. *Oratio.*

Deus qui nō morte sed pœnitētiā desideras peccatorū, fragilitatē cōditionis humanæ benignissimè respice: & hos cineres, quos causa proferē

dæ humilitatis, atq; promerēdæ, vediae, capitibus nostris imponi decernimus, bene dicere pro tua pietate dignare: vt qui nos cinerē esse, & ob prauitatis nostræ meritū in puluerē reuersuros cognoscimus: peccatorū omniū veniā, & p̄m̄ia pœnitentiibus repromissa misericorditer conse qui mereamur. Per Christū. *Oratio.*

Deus qui humiliatione flecteris, & satisfactione placaris: aurētuæ pietatis inclina precibus nostris: & capitibus seruorū tuorū, horum cinerum aspersione attactis, effunde propitius gratiā tuæ bene dictiōnis: vt eos, & spiritu cōpunctionis repleas, & quæ iustē postulauerint, etficaciter tribuas: & concessa perpetua stabilitate intactos manere decernas. Per Christum.

*Oratio.*

Omnipotēs semperne Deus, qui Niniuitis, in cinere & cilicio pœnitētibus, indulgentiæ tuæ remedia praestisti concede propitius, vt sic eos imitemur habitu, quatenus venie pro sequamur obtētu. Per Dñm. *Oratio.*

Cūcede nobis Dñe, praesidia militiæ Christianæ sanctis inchoare ierūniis: vt cōtra spirituales nequitas pugnāri, continentē muniamur auxiliis. Per Christum.

*Ad Missam.*

*Oratio.*

**P**ræsta Dñe fidelibus tuis, vt ieiuniorū veneranda solennia, & congrua pietate suscipiat, & secura deuotione percurrat. Per Dñm. *Secreta.*

Fac nos quæsumus Dñe, his munēribus offerendis conuenienter aptari, quibus ipsius venerabilis sacramen-

# Orationes

ticelebramus exordium. Per Dñm nostrum.

Postcommunio.

Percepta nobis Dñe, prebeant sacramenta subsidium: vt tibi grata sint nostra ieiunia: & nobis proficiant ad medelam. Per Dominum nostrum.

Super populum. Oratio.

Inclinantes se Domine maiestati tuae propitiatus intende, vt qui diuino munere sunt refecti: cælestibus semper nutriantur auxiliis. Per Dominum.

Feria v. Oratio.

**D**eus, qui culpa offenderis, pecnitè placaris, preces populi tui supplicantis propitius respice: & flagella tuae iracundiae, quæ pro peccatis nostris meremur auerte. Per Dominum.

Secreta.

Sacrificiis presentibus, Domine quesumus, intende placatus: vt & deuotioni nostræ proficiant, & saluti. Per Dominum.

Postcommunio.

Cælestis doni benedictione percepta supplices te Deus omnipotens deprecamur: vt hoc idem nobis & sacramenti causa sit, & salutis. Per Dominum.

Super populum. Oratio.

Parce Dñe parce populo tuo, vt dignis flagellationibus castigatus, in tua miseratione respiret. Per Dominum nostrum.

Feria vj. Oratio.

**I**nchoata ieiunia, quesumus Domine, benigno fauore prosequere: vt obseruantiam, quam corporaliter exhibemus, mentibus etiam sinceris exercere valeamus. Per Dominum nostrum.

Secreta.

Sacrificio Dñe obseruatię quadragesimalis, quod offerimus, presta quæsumus, vt tibi & mentes nostras reddat acceptas, & continentiae promptioris, nobis tribuat facultatem. Per Dominum.

Postcommunio.

Spiritu nobis Domine tuę charitatis infunde, vt quos uno pane cœlestis satiasisti, tua facias pietate concordes. Per Dñm.

Super popu. Oratio.

Tuere Domine populum tuum, & ab omnibus peccatis clementer emendarquia nulla ei nocebit aduersitas, si nulla ei dominetur iniquitas. Per Dominum nostrum.

Sabbatho. Oratio.

**A**dsto Domine supplicationibus nostris, & concede, vt hoc solenne ieiuniū, quod animis corporibusque curandis salubriter institutum est, deuoto seruitio celebremus. Per Dominum.

Secreta.

Suscipe Domine sacrificium, cuius te voluisti dignanter immolatione placari: presta quæsumus, vt huius operatione mysterij mundati beneplacatum tibi nostræ mentis offeramus affectum. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Postcommunio.

Cælestis vita munere vegetati, quæsumus Domine: vt quod est nobis in presenti vita mysterium, fiat eternitatis auxilium. Per Dominum nostrum.

Super populum. Oratio.

Fideles tui Deus, per tua dona firmantur: vt eadem & percipiendo requirant, & querendo sine fine percipient. Per Dominum.

Domini-

Feria ij.

Oratio.

**P**raesta quæsumus omnipotens Deus: vt familia tua, quæ se affligendo carnem ab alimentis abstinet: sectando iustitiam, à culpa ieunet. Per Dñm.

Secreta.

Hec hostia Dñe placationis, & laudis, tua nos protectione dignos efficiat. Per Dñm,

Postcommunio.

Hec nos cōmunio Dñe purget à criminē: & celestis remedij faciat esse confortes. Per Dñm.

Super populum.

Adesto supplicationibus nostris, omnipotēs Deo: & quib⁹ fiduciā sperādæ pietatis indulges, cōsuetæ misericordiæ tribue benign⁹ effectum. Per.

Feria iiij.

Oratio.

**P**erfice quæsumu' Dñe, benign⁹ in nobis obseruatiæ sancte subsidiū vt, quæ te auctore facienda cognoui' nus, te operante impleamus. Per Dominum.

Secreta.

Sæctificationem tuam nobis Dñe his misteriis operare placatus: quæ nos & à terrenis purget vitiis: & ad cœlestia dona perducat. Per Dominum nostrum.

Postcommunio.

Vt sacrī Dñe reddamur digni munēribus, fac nos tuis quæsumus, semper obedire mandatis. Per Dominum nostrum.

Super populum.

Propitiare Dñe supplicationibus nostris, & animarū nostrarū medere languoribus: vt remissione percepta, in tua semper benedictione letemur. Per Dominum nostrum.

Feria iiiij.

Oratio.

**D**opulum tuum Dñe propitius respice: & quos ab escis carnalibus

principis abstinere, à noxiis quoq; vitiis cessare cōcede. Per Dñm.

**S**ecreta. Hostias quæsumus Dñe, quas tibi offerimus, propitius respice: & per hæc sancta commercia, vincula peccatorum nostrorum absoluē. Per Dominum.

Postcommunio.

Sumptis Dñe sacramentis, ad redēptionis æternæ, quæsumus proficiātius augmentum. Per Dominum nostrum.

Super populum.

Deus innocentij restitutor & amator, dirige ad te tuorum corda seruorum: vt spiritus tui seruore cōcepto, & in fide inueniantur stabiles, & in opere efficaces. Per Dominum.

Feria v.

Oratio.

**P**raesta nobis, quæsumus Dñe, auxiliū gratiæ tuae: vt ieuniis, & orationibus conuenienter intenti, libere mur ab hostibus mentis & corporis. Per Dominum.

Secreta.

Præsenti sacrificio nomini tuo nos Domine ieunia dicata sanctificant: vt quod obseruantia nostra profitetur exteriorius, interiorius operetur effectu. Per Dominum.

Postcommunio.

**C**ratia tua nos, quæsumus Dñe, non derelinquit: quæ & sacræ nos deditos faciat seruituti, & tuā nobis opem semper acquirat. Per Dominum nostrum.

Super populum.

Adesto Dñe famulis tuis, & perpetuam benignitatem largire poscentibus: vt his, qui te auctore, & gubernatore gloriantur, & congregata restaures, & restaurata cōserues. Per Dominum nostrum.

Feria

## Orationes

Feria vi.

**D**A quæsumus, omnipotēs Deus,  
vt sacro nos purificāte ieiunio,  
sinceris mentibus ad sancta ventura  
facias peruenire. Per Dñm. *Secreta.*

Hæc in nobis sacrificia, Deus, & a-  
ctione permaneant, & operatione fir-  
mentur. Per Dñm. *Postcommunio.*

Fac nos quæsum⁹ Dñe, accepto pi-  
gnore salutis eterne, sic tendere con-  
gruenter, vt ad eam peruenire posī-  
mus. Per Dñm. *Super populum.*

Da, quæsumus Dñe, populo tuo sa-  
lutem mentis & corporis: vt bonis  
operibus inhærendo, tuae semper vir-  
tutis mereatur protectione defendi.  
Per Dominum.

Sabbatho.

Oratio.

**D**A quæsumus Dñe, nostris effe-  
ctū ieiuniis salutarē: vt castiga-  
tio carnis assumpta, ad nostrarū vege-  
tationem transeat animarum. Per Do-  
minum. *Secreta.*

His sacrificiis Dñe, concede placa-  
tus: vt qui propriis oramus absolui-  
delictis, non grauemur externis.  
Per. *Postcommunio.*

Sacramenti tui Dñe, diuina libatio  
penetralia nostri cordis infundat: &  
sui nos participes potenter efficiat.  
Per Dñm. *Super populum.*

Familiā tuam, quæsumus Dñe, cō-  
tinua pietate custodi: vt, quæ in sola  
spe gratiæ cælestis innititur, cælesti  
etiæ protectione munitur. Per Dñm.  
Dñica iii. In Quadragesima. *Oratio.*

**Q**Væsumus omnipotēs Deus, vo-  
ta humiliū respice: atq; ad de-  
censionē nostram, dexterā tua mai-

statis extende. Per Dñm. *Secreta.*

Hæc hostia, quæsumus Dñe, emū  
det nostra delicta, & ad sacrificium  
celebrandum, subditorum tibi cor-  
pora mentesq; sanctificet. Per Domi-  
num. *Postcommunio.*

A cunctis nos, quæsumus Dñe, rea-  
tibus & periculis propitiatus absolu-  
ue, quos tati mysterij tribuis esse par-  
ticipes. Per Dominum.

Feria ij.

Oratio.

**C**Ordibus nostris, quæsumus Do-  
mine, gratiam tuā benignus in-  
fundē: vt sicut ab escis carnalibus ab-  
stinemus, ita sensus quoq; nostros à  
noxiis retrahamus excessibus. Per  
Dñm. *Secreta.*

Munus, quod tibi Dñe nostræ ser-  
uitutis offerimus, tu salutare nobis  
perfice sacramentum. Per.

*Postcommunio.*

Præsta quæsumus, omnipotens &  
misericors Deus: vt quod ore contin-  
gimus, pura mente capiamus. Per Do-  
minum. *Super populum.*

Subueniat nobis Dñe misericor-  
dia tua: vt, ab imminentibus peccato-  
rum nostrorum periculis, te merean-  
tur protegente eripi, te liberante sal-  
uari. Per Dominum.

Feria iiij.

Oratio.

**E**Xaudi nos omnipotens & mis-  
ericors Deus: & continentiae salu-  
taris propitius nobis dona concede.  
Per Dominum. *Secreta.*

Per hęc veniat, quæsumus Dñe, sa-  
cramenta nostræ redemptionis effe-  
ctus: qui nos & ab humanis retrahat  
semper excessibus: & ad salutaria do-

na perducat. Per. Post communio.  
Sacris, Dñe, mysteriis expiati, & veniam, quæsumus cōsequamur & gratiam. Per Dñm. Super populum.

Tua nos, Dñe, protectione defende, & ab omni semper iniquitate custodi. Per Dñm.

Feria iiiij. Oratio.

PRæsta nobis, quæsumus Domine,  
vt, salutaribus ieiuniis eruditæ, à noxiis quoq; vitiis abstinentes, propitiationem tuam facilius impetremus.  
Per Dñm. Secreta.

Suscipe, quæsumus, Dñe, preces populi tui cum oblationibus hostiarum: & tua mysteria celebrantes, ab omnibus nos defende periculis. Per Dominum.

Post communio.

Sanctificet nos, Dñe, qua pasti sumus, mensa cælestis: & à cunctis erroribus expiatos, supernis præmissionibus reddat acceptos. Per Dominum nostrum.

Super populum.

Concede, quæsumus, omnipotens Deus: vt, qui protectionis tuae gratiam querimus, liberati à malis omnibus, securi tibi mente seruimus. Per.

Feria v. Oratio.

Magnificet te, Dñe, sancto um tuorum Cosmæ & Damiani beata solennitas: qua & illis gloriam sempiternam, & opem nobis ineffabili prouidentia contulisti. Per Dominum.

Secreta.

In tuorum Dñe, pretiosa morte ictorū sacrificium illud offerimus: de quo martyriū sumptit omne principium. Per Dñm.

Post communio.

Sit nobis, Dñe, sacramenti tui certa

salutatio: quæ cū beatorum martyrum tuorum Cosmæ & Damiani meritis imploratur. Per Dñm. Super populum.

Subiectum tibi populum, quæsumus Dñe, propitatio cælestis amplificet: & tuis semper faciat seruire mādatis. Per Dñm.

Feria vij Oratio.

Ieiunia nostra, quæsumus Dñe, benigno fauore prosequere: vt licet ab alimentis abstinemus in corpore ita à vitiis ieiunemus in mente. Per Dñm.

Secreta.

Responce, quæsumus Dñe, propitius ad munera, quæ sacramus: vt tibi grata fint, & nobis salutaria semper existat. Per Dñm.

Post communio.

Huius nos, Dñe, perceptio sacramēti mūdet à crimine: & ad cælestia regna perducat. Per Dñm. Super populum.

Præsta quæsumus omnipotēs Deo, vt qui in tua protectione cōfidimus, cuncta nobis aduersantia, te adiuuante vincamus. Per Dñm.

Sabbatho. Oratio.

PRæsta, quæsumus, omnipotens Deus: vt qui se affligendo carnē, ab alimētis abstinēt, sectādo iustitiā, à culpa ieiunent. Per Dñm.

Secreta.

Concede, quæsumus, omnipotens Deus: vt huius sacrificij munus oblatum, fragilitatem nostram ab omni malo purget semper, & munit. Per Dominum.

Post communio.

Quæsumus omnipotens Deus, vt inter eius membra numeremur, cuius corpori cōmunicamus, & sanguini. Qui tecum.

Super populum.

Pretende Dñe fidelibus tuis dexte ram

# Oraciones.

rá celestis auxiliij: vt te toto corde perquirant: & quæ dignè postulant, consequi mereantur. Per Dominum.

Dñica iiiij. In Quadragesima. Oratio.

C Oncede quæsumus omnipotēs Deus: vt qui ex merito nostræ actionis affligimur, tuæ gratiæ consolatione respiremus. Per Dñm. Secreta.  
¶ Sacrificiis præsentibus, Dñe quæsumus, intende placatus: vt & deuotioni nostræ proficiant, & saluti. Per Dñm.

Post communio.

¶ Da nobis, quæsumus, misericors Deus: vt sancta tua quibus incessanter explemur, sinceris tractemus obsequiis, & fidelis semper mente sumamus. Per Dñm.

Feria ij. Oratio.

P Ræsta quæsumus, omnipotēs Deo: vt oblationes sacras annua deuotione recolétes, & corpore tibi plaeceamus, & mente. Per Dñm. Secreta.  
¶ Oblatum tibi, Dñe, sacrificium vivificet nos semper, & muniat. Per Dominum.

Post communio.

¶ Sumptis Dñe salutaribus sacramentis, ad redēptionis éternæ, quæsumus, proficiamus augmentum. Per Dominum.

Super populum

¶ Deprecationem nostrā, quæsumus, Dñe benignus exaudi: & quibus supplicandi præstas affectum, tribue defensionis auxilium. Per Dominum.

Feria ij. Oratio.

S Acré nobis, quæsumus Dñe obseruationis ieiunia: & piæ conuersationis augmentum, & tuæ propitiationis continuum præstent auxiliū. Per Dñm.

Secreta.

¶ Hæc hostia, quæsumus Dñe, emundet nostra delicta: & ad sacrificiū celebrandum, subditorum tibi corpora mentesq; sanctificet. Per Dominum nostrum.

Post communio.

¶ Huius nos Dñe perceptio sacramenti mundet à crimine: & ad cœlestia regna perducat. Per Dominum nostrum.

Super populum.

¶ Miserere Dñe populo tuo: & continuis tribulationibus laborantē, propitius respirare concede. Per Dñm.

Feria iiij. Oratio.

D Eus qui & iustis præmia merito dñi, & peccatoribus perieconiū veniam præbes: miserere supplicibus tuis: vt reatus nostri confessio, indulgentiam valeat percipere delictorū. Per Dominum.

Oratio.

¶ Præsta, quæsumus omnipotēs Deus: vt, quos ieiunia votiva castigant, ipsa quoq; deuotio sancta letificet: vt terrenis affectibus mitigatis, facilius cœlestia capiamus. Per Dñm.

Secreta.

¶ Supplices te rogamus, omnipotēs Deus: vt, his sacrificiis peccata nostra mundentur: quia tunc veram nobis tribuis & mentis & corporis sanitatē. Per Dñm.

Post communio.

Sacramenta, quæ sumpsimus, Dñe Deus noster, & spiritualibus nos repleant alimētis, & corporalibus tueatur auxiliis. Per Dñm.

Super populum.

Pateat aures misericordię tue, Dñe, precibus supplicantium: & vt petenti bus desiderata concedas: fac eos, quæ tibi sunt placita postulare. Per Dñm, nostrum.

Feria.

*Feria v.*

*Oratio.*

**P**ræsta, quæsumus omnipotens Deus: vt, quos ieiunia votua castigant, ipsa quoq; deuotio sancta legitificet: vt terrenis affectibus mitigatis, facilius cælestia capiamus. Per Dominum nostrum.

*Secreta.*

Purifica nos misericors Deus: vt ecclesiæ tuæ preces, quæ tibi gratæ sunt, pia munera deferentes, fiant expiatis mentibus gratiore. Per Dominum nostrum.

*Postcommunio.*

Cælestia dona capientibus, quæsumus Dñe non ad iudicium proueniare patiaris, quæ fidelibus tuis ad remedium prouidisti. Per Dominum nostrum.

*Super populum.*

Populi tui Deus institutor, & rector: peccata, quibus impugnatur, expelle: vt semper tibi placitus, & tuo munimine sit securus. Per Dñm.

*Feria vj*

*Oratio.*

**D**eus, qui ineffabilibus mundum renouas sacramentis: præsta, quæsumus: vt Ecclesia tua & æternis proficiat institutis, & temporalibus non destituatur auxiliis. Per Dominum nostrum.

*Secreta.*

Munera nos Domine, quæsumus, oblata purifcent: & te nobis iugiter faciant esse placatum. Per Dominum nostrum.

*Postcommunio.*

Hec nos, quæsumus Domine, participatio sacramenti: & à propriis reatibus indesinenter expedit: & ab omnibus tueatur aduersis. Per Dominum nostrum.

*Super populum.*

Da nobis, quæsumus omnipotens Deus: vt qui infirmitatis nostræ con-

sci de tua virtute confidimus, sub tua semper pietate gaudemus. Per Dominum.

*Sabbatho.*

*Oratio.*

**F**iat, quæsumus Domine, per gratiam tuam fructuosus nostræ devotionis affectus: quia tū nobis proderūt suscepta ieiunia, si tuæ sint plena pietati. Per.

*Secreta.*

Oblationibus nostris, quæsumus Domine, placare susceptis: & ad te nostras etiam rebelles compelle propitiis voluntates. Per Dominum nostrum.

*Postcommunio.*

Tua nos, quæsumus Domine, sancta purifcent: & operationis suæ remedio, tibi faciant esse placatos. Per Dñm.

*Super populum.*

Deus, qui sperantibus in te miseri potius eligis, quam irasci: da nobis digne flere mala, quæ fecimus: vt tuæ consolationis gratiam inuenire me, reamur. Per Dñm.

*Dominica de Passione.*

*Oratio.*

**Q**uæsumus omnipotens Deus, familiam tuam propitiis respice: vt te largiente regatur in corpore: & te seruante custodiatur in mente. Per Dominum.

*Secreta.*

Hæc munera, quæsumus Dñe, & vincula nostræ prauitatis absoluant: & tuæ nobis misericordie dona concilient. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

*Postcommunio.*

Adest nobis, Domine Deus noster: & quos tuis mysteriis recreasti, perpetuis defende subsidiis. Per Dominum nostrum.

## Orationes

Feria ii.

**S**anctifica, quæsumus Domine, nostra ieunia: & cunctarum nobis indulgentiam propitiis largire culparum. Per Dominum.

Secreta.

Concede nobis, Domine Deus noster: vt hæc hostia salutaris, & nostrorum fiat purgatio delictorum, & tuæ propitiatione maiestatis. Per Dominum nostrum.

Postcommunio.

Sacramenti tui, quæsumus Domine, participatio salutaris, & purificationem nobis tribuat, & medelam, Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Super populum.

Da, quæsumus Domine, populo tuo salutem mentis, & corporis: vt bonis operibus inhærendo, tua semper mercatur protectione defendi. Per Dominum.

Feria iii.

Oratio.

**N**ostra tibi, quæsumus Domine, sint accepta ieunia: quæ nos, & expiendo, gratia tua dignos efficiat: & ad remedia perducant æterna. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Secreta.

Hostias tibi Domine deferimus im molandas: quæ temporalem consolationem significant: vt promissa non desperemus æterna. Per Dominum nostrum.

Postcommunio.

Da, quæsumus omnipotens Deus: vt, quæ diuina sunt iugiter exequentes, donis mereamur cælestibus propinquare. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Super populum.

Da nobis, quæsumus Domine, per seuerantem in tua voluntate famula-

tum: vt, in diebus nostris, & merito & numero, populus tibi seruens augeatur. Per Dominum.

Feria iv.

Oratio.

**S**anctificato hoc ieunio, Deus, tuorum corda fidelium miserator illustra: & quibus deuotionis præstas affectum: præbe supplicantibus pium benignus auditum. Per Dominum.

Secreta.

Annue nobis misericors Deus: vt hostias placationis, & laudes, sincero tibi deferamus obsequio. Per Dominum.

Celestis doni benedictione percepta: supplices te, Deus omnipotens, deprecamur: vt hoc idem nobis & sacramenti causa sit, & salutis. Per Dominum.

Super populum.

Adesto supplicationibus nostris, omnipotens Deus: & quibus fiducia sperandæ pietatis indulges, consuetæ misericordia tribue benignus effectum. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Feria v.

Oratio.

**P**ræsta quæsumus omnipotens Deus: vt dignitas conditionis humanae per immoderantiam sauciata, medicinalis parsit. oniz studio refor metur. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Secreta.

Domine Deus noster, qui in his potius creaturis, quas ad fragilitatis nostræ subsidium condidisti, tuo quoq; nomini munera iussisti dicanda constitui: tribue quæsumus, vt & vitæ nobis præsentis auxilium, & æternitatis efficiant sacramentum. Per.

## Postcommunio.

**Quod** ore sumplimus Domine, pura mente capiamus: & de munere temporali, fiat nobis remedium semper paternum. Per Dominum nostrum Iesum Christum. *Super populum.*

Esto quæsumus Domine, propitiatus plebi tuz: ut quæ tibi non placent respuentes, tuorum repleantur delectationibus mandatorum. Per Dominum.

Feria vj.

Oratio.

**C**ordibus nostris quæsumus Domine, gratiam tuam benignus infunde, ut peccata nostra castigatio ne voluntaria cohibentes, temporaliter potius maceremur, quam super appliciis deputemur æternis. Per Dominum.

Secreta.

Præsta nobis misericors Deus, ut dignè tuis seruire semper altaribus mereamur: & eorum perpetua participatione saluari. Per Dominum nostrum.

Postcommunio.

Sumpti sacrificij Domine, perpetua nos tuitio non derelinquit: & nostra semper à nobis cuncta depellat. Per Dominum. *Super populum.*

Concede quæsumus omnipotens Deus, ut qui protectionistuæ gratiâ querimus, liberati à malis omnibus, secura tibi mente seruiamus. Per Dominum.

Sabbatho.

Oratio.

Proficiat quæsumus Domine, plebs tibi dicata pia deuotionis affectu: ut sacris actionibus erudita, quanto maiestati tuæ sit gravior, tanto donis potioribus augetur. Per Dominum.

minum.

Secreta.

A cunctis nos, quæsumus Domine reatibus & periculis propitiatus absolve: quos tanti mysterij tribuis esse confortes. Per Dominum nostrum.

Postcommunio.

Diuini munera largitate satiati, quæsumus Domine Deus noster: ut huius semper participatione vivamus. Per Dominum nostrum Iesum Christum. *Super populum.*

Tueatur quæsumus Domine, dextera tua populum deprecantem, & purificatum dignanter erudit: ut consolatione præsenti, ad futura bona proficiat. Per Dominum nostrum.

In benedictione Ramorum.

Oratio.

**D**eus quem diligere & amare, iustitia est: ineffabilis gratia tua in nobis dona multiplica: & qui fecisti nos in morte filij tui sperare, quæ credimus: fac nos eodem resurgentem peruenire quod tendimus. Qui tecum.

Oratio.

Auge fidem in te sperantium Deus, & supplicum preces clementer exaudi: veniat super nos multiplex misericordia tua: bene ✠ dicantur & hi palmites palmarum seu oliuarum: & sicut in figura Ecclesie multiplicasti Noë egredientem de arca, & Moysem exeuntem de Ægypto cù filii Israël: ita nos portantes palmas & ramos oliuarum, bonis actibus occurramus obuiam Christo, & per ipsum in gaudium introeamus eternum. Qui tecum vivit.

*Oratio.*

Petimus Domine sancte Pater omnipotens æterne Deus, vt hanc creaturam oliuæ, quam ex ligni materia prodire iusisti, quamque columba rediens ad arcam proprio pertulit ore: bene ✠ dicere, & sancti ✠ facere digneris, vt quicunque ex ea receperint, accipiant sibi protectionem animæ & corporis: fiatque. Domine nostræ salutis remedium, tuę gratia sacramentum. Per Dominum nostrum.

*Oratio.*

Deus pui dispersa congregas, & congregata conservas: qui populis obuiam Iesu ramos portantibus benedixisti: bene ✠ dic etiam & hos ramos palmae oliuæ, quos tui famuli ad honorem nominis tui fideliter suscipiunt: vt in quemque locum introducti fuerint, tuam benedictionem habitatores loci illius sequantur: & omni aduersitate effugata, dextera tua protegat quos redemit Iesus Christus filius tuus Dominus noster. Qui tecū viuit & regnat.

*Oratio.*

Deus, qui miro dispositionis ordine, ex rebus etiam insensibilibus, dispensationem nostræ salutis ostendere voluisti: da quæsumus, vt deuota tuorum turba fidelium salubriter intelligat, quicquid mysticè designatur in facto, quæ hodie cælesti lumine afflata, redemptori obuiam procedens, palmarum atque oliuarum ramos vestigiis eius substrauit. Palmarum igitur rami de mortis principi triumphos expectant: surculi ve-

rò oliuarum, spiritalem vunctionem aduenisse quodammodo clamant. In tellexit enim iam tunc illa hominum beata multitudo prefigurari: quia Redemptor noster humanis condolens miseriis, pro totius mundi vita cum mortis principe esset pugnaturus, ac moriendo triumphatus. Et ideo talia obsequens administravit, quæ in illo & triumphos victoriae, & misericordiæ pinguedinem declararēt. Quod nos quoque plena fide, & factum & significatum retinentes, te, Domine sancte pater omnipotens æterne Deus, per eundem Dominum nostrum Iesum Christum suppliciter exoramus: vt in ipso, atque per ipsum, cuius nos membra fieri voluisti, de mortis imperio victoriam reportantes, ipsius gloriose resurrectionis participes esse mereamur. Qui tecum.

*Oratio.*

Deus, qui per oliuę ramum pacem terris columbam nunciare voluisti: præsta quæsumus: vt hos oliuę cætrarumque arborum ramos, cælesti bene ✠ dictione sanctifices: vt cuncto populo tuo proficiant ad salutem. Per Christum.

*Oratio.*

Bene ✠ dic quæsumus Domine, hos palmarum seu oliuarum ramos: & præsta, vt, quod populus tuus in tua veneratione hodierna die corporaliter agit, hoc spiritualiter summa deuotione perficiat, de hoste victoriam reportando, & opus misericordiæ summopere diligendo. Per Christum Dñm nostrum.

*Oratio.*

Deus, qui filium tuum Iesum Christum

stum Dominum nostrum; pro salute nostra in hunc mundum misisti: ut se humiliaret ad nos, & nos reuocaret ad te: cui etiam dum Hierusalem veniret, vt adimpleret scripturas, credentium populorum turba, fidelissima deuotione vestimenta sua cum ramis palmarum in via sternebant: præsta quæsumus: vt illi fidei viam præparemus de qua, remoto lapide offensionis & petra scandali, frondeant apud te opera nostra iustitiae ramis: vt eius vestigia sequimereamur. Qui tecum viuit & regnat.

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui Dominum nostrum Iesum Christum super pullum asinæ sedere fecisti, & turbas populorum vestimenta, vel ramos arborum in via sternerere, & O sanna deçantare in laudem ipsius docuisti: da quæsumus: vt illorum innocentiam imitari possumus, & eorum meritum consequi mereamur. Per eundem Christum Dominum nostrum.

Dominica in palmis. Oratio.

**O**Mnipotens sempiterne Deus: qui humano geheri ad imitandum humilitatis exemplum saluatorrem nostrum carnem sumere, & crux subire fecisti: concede propitiatus: vt & patientiae ipsius habere documenta, & resurrectionis confertia mereamur. Per eundem Christum.

Secreta.

Concede, quæsumus Domine, vt oculis tuæ maiestatis munus oblatu: & gratia nobis deuotionis obtineat:

& effectum beatæ perennitatis acqui rat. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Postcommunion.

Per huius, Domine, operationem mysterij & vitia nostra purgentur, & iusta desideria compleantur. Per Dominum.

Feria ij. Oratio.

**D**A, quæsumus omnipotēs Deus, vt, qui in tot aduersis ex nostra infirmitate deficimus, intercedente vnigeniti filii tui passione respiremus. Per eundem Dominum nostrum.

Secreta.

Hæc sacrificia nos, omnipotens Deus, potenti virtute mundatos, ad suum faciant puriores venire principium. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Postcommunion.

Præbeant nobis, Domine, diuinum tua sancta feruorem: quo eorum pariter & actu delectemur, & fructu. Per Dñm.

Super populum.

Adiuua nos Deus salutis noster: & ad beneficia recolenda, quibus nos instaurare dignatus es, tribue venire gaudentes. Per Dominum nostrum.

Feria iiij. Oratio.

**O**Mnipotens sempiterne Deus: da nobis ita dominicæ passionis sacramenta peragere: vt indulgentiam percipere mereamur. Per eundem Dominum.

Secreta.

Sacrificia nos, quæsumus Domine, propensiū ista restaurent, quæ medicinalibus sunt instituta ieiuniis. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

*Postcommunio.*  
Sanctificationibus tuis, omnipotens Deus, & vitia nostra curentur, & remedia nobis sempiterna proueniant. Per Dominum. *Super populum.*

Tua nos misericordia Deus, & ab omni surreptione vetustatis expurget: & capaces sanctae nouitatis efficiat. Per Dominum.

*Feria iiiij. Oratio.*

**P**ræsta, quæsumus omnipotens Deus: vt, qui pro nostris excelsibus incessanter affligimur, per vngenniti tui passionem liberemur. *Quitecum viuit.* *Oratio.*

Deus, qui pro nobis filium tuum Crucis patibulum subire voluisti: vt inimici à nobis expelleres potestatē: concede nobis famulis tuis: vt resurrectionis gratiam consequamur. *Per eundem.* *Secreta.*

Suscipe, quæsumus Domine, munus oblatum, & dignanter operare: vt quod passionis filii tui Domini nostri mysterio gerimus piis affectibus consequamur. Per Dominum nostrum. *Postcommunio.*

Largire sensibus nostris omnipotens Deus: vt per temporalem filii tui mortem, quam mysteria veneranda testantur, vitam te nobis dedisse perpetuam confidamus. *Per eundem Dominum.* *Super populum.*

Respice, quæsumus Domine, super hanc familiam tuam, pro qua Dominus noster Iesus Christus non dubitauit manibus tradi nocentium, & Crucis subire tormentum. *Quitecum viuit.*

*Feria v. In Cœna Domini. Oratio.*  
**D**eus, à quo & Iudas reatus suū poenam, & confessionis suæ latro præmium sumpli: cõcede nobis tuae propitiationis effectum: vt sicut in passione sua Iesus Christus Dominus noster diuersa vtrisq; intulit stipendia meritorum: ita nobis, ablato vetustatis errore, resurrectionis suæ gratiam largiatur. Qui tecum viuit & regnat. *Secreta.*

Ipse tibi, quæsumus Domine sancte pater omnipotens æterne Deus, sacrificium nostrum reddat acceptū, qui discipulis suis in sui commemoratione hoc fieri hodierna traditione monstrauit Iesus Christus filius tuus Dominus noster. *Quitecum viuit.* *Postcommunio.*

Refecti vitalibus alimentis, quæ sumus Domine Deus noster: vt, quod tempore nostræ mortalitatis cultu exequimur, tuæ immortalitatis munere consequamur. Per Dominum nostrum.

*Post lotionem pedum. Oratio.*  
Adesto, Domine, quæsumus, officio seruitutis nostræ: & quia tu discipulis tuis pedes lauare dignatus es, ne despicias opera manuum tuarū, quæ nobis retinenda mādasti: vt sicut hic nobis, & à nobis exteriora abluiuntur inquinamenta: sic à te omnium nostrum interiora lauentur peccata. Quod ipse præstare digneris, qui viuis & regnas Deus per omnia seculorum. Amen.

Feria vii. In Pascce. Oratio.

**D**eus à quo Iudas proditor reatus sui poenam, & confessionis sue latro præmium sumpli: concede nobis tua propitiationis effectum, vt sicut in passione sua Iesus Christus Dominus noster diuersa vtrisq; intulit stipendia meritorum: ita nobis ablato vetustatis errore, resurrectionis sue gratiam largiatur. Quite cum viuit.

Oremus dilectissimi nobis pro Ecclesia sancta Dei, vt eam Deus & Dñs noster pacificare, adunare, & custodi re dignetur, toto orbe terrarum: subiiciens ei principatus & potestates, detque quietam & tranquillam vitam de gentibus, glorificare Deum Patrem omnipotentem.

Omnipotens sempiterne Deus, qui gloriam tuam omnibus in Christo gentibus reuelasti: custodi opera misericordiae tuae, vt Ecclesia tua toto orbe diffusa, stabili fidei confessio ne tui nominis perseueret. Per eundem.

Oremus & pro beatissimo Papa nostro N. vt Deus & Dñs noster, qui elegit eum in ordine Episcopatus: saluum atq; incolumem custodiat Ecclesiam suam sanctam, ad regendum populum sanctum Dei.

Omnipotens sempiterne Deus: cui ius iudicio vniuersa fundantur: responde propitiis ad preces nostras, & electum nobis Antistitem tua pietate conferua: vt Christiana plebs quae te gubernatur autore, sub tanto Pontifice credulitatis sue meritis augeatur. Per Dominum.

Oremus & pro omnibus Episcopis, presbyteris, diaconibus, subdiaconi bus, acolithis, exorcistis, lectoribus, ostiariis, confessoribus, virginibus, viduis & pro omni populo sancto Dei.

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus cuius spiritu totum corpus Ecclesie sanctificatur, & regitur: exaudi nos pro vniuersis ordinibus supplicantes: vt gratia tua munere, ab omnibus tibi gradibus fideliter seruiatur. Per Dñm.

Oremus & pro Catholico Rege nostro N. vt Deus & Dominus noster subditas illi faciat omnes barbaras nationes ad nostram perpetuam pacem.

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, in cuius manu sunt omnium potestates, & omniū iura Regorum: respice ad Christianum benignus imperium, vt gentes, quae in sua feritate confidunt: potentiae tuae dextera compri mantur. Per Dominum.

Oremus & pro cathecumenis nostris, vt Deus & Dominus noster adaperiat aures praecordiorum ipsorum, ianuamque misericordiae: vt per laudem regenerationis, accepta remissione omniū peccatorum: & ipsis inueniantur in Christo Iesu Domino nostro.

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui Ecclesiam tuam noua semper prole fecundas: auge fidem & intellectum cathecumenis nostris, vt renati fonte baptismatis, adoptionis tuae filii aggregateur. Per Dominum nostrum.



patrem omnipotentem, vt cunctis mundum purget erroribus: morbos auferat, famen depellat: aperiat carceres, vincula dissoluat peregrinantibus redditum: infirmantibus sanitatem: nauigantibus portum salutis indulget.

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, mæstorum consolatio, laborantium fortitudo, perueniant ad te preces, de quacunque tribulatione clamantium: vt omnes sibi in necessitatibus suis misericordiam tuam gaudeant atuisse. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Oremus & pro hæreticis, & schismaticis: vt Deus & Dominus noster eruat eos ab erroribus vniuersis: & ad sanctam matrem Ecclesiæ catholicam atque Apostolicam reuocare dignetur.

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus: qui saluas omnes & neminem visperire respice ad animas diabolica fraude deceptas, vt omni hæretica prauitate deposita errantium corda resipiscant: & ad veritatis tuæ redeant unitatem. Per Dominum.

Oremus & pro perfidis Iudeis, vt Deus & Dominus noster auferat velamen de cordibus eorum, vt & ipsi agnoscant Iesum Christum Dominum nostrum.

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus: qui etiam Iudaicam perfidiam à tua misericordia non repellis: exaudi preces nostras: quas pro illius populi obæcatione deferimus: vt agnita veritatis uæ luce, quæ Christus est, à suis

tenebris eruantur. Per.

Oremus & pro paganis, vt Deus omnipotens auferat iniquitatè à cordibus eorum: vt relicts idolis suis, conuertantur ad Deum viuum & verum, & vnicum filium eius Iesum Christum Deum & Dñm nostrum, cu[m] quo vixit & regnat cum Spiritu sancto De°. Per omnia secula. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus: qui non mortem peccatorum, sed vitam semper inquiris: suscipe propitijs orationem nostrā, & libera eos ab idolorum cultura: & aggrega Ecclesiæ tuæ sanctæ, ad laudem & gloriam nominis tui. Per Dominum nostrum.

Sabbatho Sancto in benedictione noui ignis.

Oratio.

Deus qui per filium tuum, angustarem scilicet lapideim, claritatis tuæ fidelibus ignem contulisti productum ex silice, nostris profuturū visib⁹: nouum hunc ignem sanctificata: & concedē nobis, ita per hæc festa paschalia, cælestibus desideriis inflammari: vt ad perpetuæ claritatis puris mentibus valeamus festa pertinere. Per eundem Dñm.

Oratio.

Domine Deus, pater omnipotens, lumen indeficiens, & sancte coditor omnium luminum; bene dic hoc lumen, quod à te sanctificatum atq; benedictu⁹ est: qui illuminasti omnem mundum, vt ab eo lumine accedamus, atq; illuminemur igne claritatis tuæ: vt sicut illuminasti Moysen ex egypto: ita illuminemus corda & sensus nostros: vt ad vitam æternam mereamur peruenire. Per Christum.

Ordo.

*Oratio.*

Dñe sancte Pater omnipotēs eterne Deus, benedicentibus nobis hunc ignem in nomine tuo, & vnigeniti filij tui, Dei ac Dñi nostri Iesu Christi, & Spiritus sancti, cooperari digneris: & adiuua nos. Qui viuis & regnas cū eodem vnigenito tuo & Spiritu sancto Deus. Per omnia seculorum, Amen.

*In benedictione quinque granorum incēsi.*

*Oratio.*

**V**Eniat quæsumus omnipotens Deus, super hoc incensum larga tuæ bene dictio[n]is infusio: & hunc nocturnum splendorem inuisibilis regenerator accende, ut non solum sacrificium, quod hac nocte lita[t]um est, arcana luminis tui admisio[n]e resulgeat: sed in quocunque loco huius sanctificationis mysterio fuerit deportatum, expulla diabolica[e] fraudis nequitia, virtus tuæ maiestatis afflata. Per Christum.

*Post benedictionem Cerci.*

*Oratio.*

**D**eus, qui mirabiliter creasti hominem, & mirabilius redemisti: da nobis quæsumus, contra oblectamenta peccati, mentis ratione persistere: ut mereamur ad æterna gaudia peruenire. Per Dominum nostrum.

*Oratio.*

Deus incommutabilis virtus, & lumen æternum: respice propitius ad totius Ecclesiar[um] tuar[um] mirabile sacramentum, & opus salutis humanæ, perpetuæ dispositionis effectu tranquillus operare, totusq[ue] mundus experiat, & videat, deiecta erigi, inueterata re-

nouari, & per ipsum redire omnia in integrum, à quo sumpsere principiū. Per Dominum.

*Oratio.*

Deus fidelium pater summe, qui in toto orbe terrarū promissionis tuar[um] filios diffusa adoptionis gratia multiplicas: & per pa[ro]chiale sacramentum Abraham puerum tuum vniuersarū, sicut iurasti, gentium efficis patrem: da populis tuis dignè ad gratiam tuar[um] vocationes introire. Per Dominum nostrum.

*Oratio.*

Deus cuius antiqua miracula etiā nostris sæculis coruscare sentimus, dum quod vni populo à persecutio[n]e Aegyptiaca liberando dexteræ tuæ potentia contulisti: id in salutem gentium per aquam regenerationis operatis: præsta, ut in Abrahæ filios, & in Israëliticam dignitatem, totius mundi transeat plenitudo. Per Dominum.

*Oratio.*

Omnipotēs sempiterne Deus, multiplica in honorē nominis tui, quod patruin fidei spopondisti: & promissionis filios sacra adoptione dilata: ut, quod priores sancti non dubitauerunt futurū, Ecclesia tua iam ex parte cognoscat impletum. Per Dominum.

*Oratio.*

Deus, qui Ecclesiam tuā semper gentium vocatione multiplicas: concede propitius, ut quos aqua baptismatis abluis, continua protectione tuearis. Per Dominum.

*Oratio.*

Deus, qui nos ad celebrandū Pa[ro]chiale sacramentum vtriusque testamenti paginis instruis: da nobis intelligere misericordiam tuam: ut ex per-

ceptione præsentium munerum, firma sit expectatio futurorum. Per Dominum.

Oratio.

Deus, qui in omnibus Ecclesiæ tuæ filiis, sanctorum prophetarum voce manifestasti, in omni loco dominationis tuæ, satorum te bonorum seminum, & electorum palmitum esse cultorem: tribue, quæsumus, populis tuis: qui & vinearum apud te nomine censetur & segetum, ut spinarum & tribulorum squalore resecato, digna efficiantur fruge fructuosa. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui in omnium operum tuorum dispensatione mirabilis es: intelligent redemptitui non fuisse excellentius, quod initio factus est mundus, quam quod in fine sæculorum Pascha nostrum immolatus est Christus. Qui tecum.

Oratio.

Deus qui diuersitatem gentium in confessione tui nominis adunasti: da nobis & velle & posse quæ præcipis, ut populo ad æternitatem vocato, una sit fides nostra, & pietas actionum. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Oratio.

Deus celstido humilium & sortitudo rectorum, qui per sanctum Moysen puerum tuum, ita erudire populum tuum sacri carminis tui decantatione voluisti: ut illa legis iteratio fieret etiam nostra directio: excita in omnem iustificatarum gentium plenitudinem potentiam tuam, & da lætiaciam mitigando terrorem: ut o-

mnia peccatis tua remissione delis: quod denuntiatum est in ultionem transeat in salutem. Per Dominum.

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, spes unica mundi, qui prophetarum tuorum præconio præsentium temporum declarasti mysteria: auge populi tui vota placatus: quia in nullo fidelium (nisi ex tua inspiratione) proueniunt, quarumlibet incrementa virtutum. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Ante benedictionem fontis baptismalis.

Oratio.

O Mnipotens sempiterne Deus, respice propitius ad deuotionem populi renascentis, qui sicut ceruus aquarum tuarum expetit fontem, & concede propitius, ut fidei ipsius sanitatis, baptismatis mysterio animam corporisque sanctificet. Per Dominum nostrum.

In benedictione fontis.

Oratio.

O Mnipotens sempiterne Deus, adesto magna pietatis tue mysteriis, adesto sacramentis: & ad recreandos nouos populos, quos tibi fons baptismatis parturit, spiritum adoptionis emitte: ut quod nostræ humanitatis gerendum est ministerio, virtutis tuæ impleatur effectu. Per Dominum.

In officio Missæ.

Oratio.

D eus, qui hanc sacratissimam noctem gloria Dominicæ Resurrectionis illustras: conserua in noua familie tuæ progenie adoptionis spiritum, quem dedisti: ut corpore & mem-

mente renouati, puram tibi exibeant seruitutem. Per Dominum nostrū Iesum Christum.

*Secreta.*

Suscipe Domine, quæsumus, preces populi tui, cum oblationibus hostiarum: ut paschalibus initia mysteriis, ad æternitatis nobis medelam te operante proficiat. Per Dominum nostrum.

*Oratio.*

Spiritum nobis, Domine, tuæ charitatis infunde: ut quos sacramëtis paschalibus satiasisti, tua facias pietate concordes. Per Dominum.

*Dominica Resurrectionis Dñi. Oratio.*

**D**eus, qui hodierna die, per vni genitum tuum, æternitatis nobis aditum, deuicta morte reserasti: vota nostra, quæ præueniendo aspiras, etiā adiuando prosequere. Per eundem Dominum.

*Secreta.*

Suscipe, quæsumus Domine, preces populi tui, cum oblationibus hostiarum, ut paschalibus initia mysteriis, ad æternitatis nobis medelam te operante proficiant. Per Dominum nostrum.

*Post communio.*

Spiritum nobis, Domine, tuæ charitatis infunde: ut quos sacramëtis paschalibus satiasisti, tua facias pietate concordes. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

*Feria iiij. Oratio.*

**D**eus, qui solennitate paschali mundo remedia contulisti: populum tuum, quæsumus cœlesti dono prosequere: ut & perfectam libertatem consequi mereatur: & ad vitâ proficiat sempiternam. Per Dominum.

*Secreta.*

Suscipe, quæsumus Domine, preces populi tui cum oblationibus hostiarum: ut paschalibus initia mysteriis, ad æternitatis nobis medelam te operante proficiat. Per Post communio.

Spiritum nobis, Domine, tuæ charitatis infunde: ut quos sacramentis paschalibus satiasisti, tua facias pietate concordes. Per Dominum.

*Feria iij. Oratio.*

**D**eus, qui Ecclesiam tuam nouo semper fœtu multiplicas: concede famulis tuis: ut sacramentum viue do teneant, quod fide percepserunt.

*Per Dominum.*

Suscipe Dñe fidelium preces cum oblationibus hostiarum: ut per haec piae deuotionis officia, ad cœlestem gloriam transeamus. Per Dominum nostrum.

*Post communio.*

Concede, quæsumus omnipotens Deus: ut paschalis perceptio sacramëti, continua in nostris mëtibus perseveret. Per Dominum.

*Feria iiiij. Oratio.*

**D**eus, qui nos resurrectionis Dominica annua solennitate lœtificas: concede propitijs: ut per temporalia festa, quæ agimus, peruenire ad gaudia æterna mercamur. Per eundem.

*Secreta.*

Sacrificia Domine paschalibus gaudiis immolamus: quibus Ecclesia tua mirabiliter, & pascitur & nutritur. Per Dominum.

*Post communio.*

Ab omni nos, quæsumus Domine, vetustate purgatos: sacramenti tui venerandi perceptio in nouam transfrat creaturam. Qui viuis.

*Ec-*

# Oraciones.

Feria v.

Oratio,

**D**eus, qui diuersitatem gentium in confessione tui nominis adunasti: da; ut renatis fonte baptismatis, una sit fides mentium, & pietas actio num. Per Dominum.

Secreta.

Suscipe, quæsumus Domine, munera populorum tuorum propitius: ut confessione tui nominis, & baptismate renouati, sempiternam beatitudinem consequantur. Per Dominum nostrum.

Post communio.

Exaudi Domine preces nostras, ut redemptionis nostræ sacrosancta commercia, & vita nobis conferant præsentis auxilium, & gaudia sempiterna concilient. Per Dominum nostrum.

Feria vi.

Oratio.

**O**mnipotens sempiterne Deus, qui paschale sacramentum in re conciliationis humanæ fædere contulisti: da mentibus nostris: ut, quod professione celebramus, imitemur effectu. Per Dñm.

Secreta.

Hostias, quæsumus Domine, placatus assume: quas & pro renatorum expiatione peccati deferimus, & pro acceleratione cœlestis auxiliij. Per Dñm nostrum.

Post communio.

Respice, quæsumus Domine, populum tuum: & quem æternis dignatus es renouare mysteriis, a temporibus culpis dignanter absolue. Per.

Sabbatha in Albis

Oratio.

**C**oncede, quæsumus omnipotens Deus: ut qui festa paschalia venerando egimus: per hæc contingere ad gaudia æterna mercamur. Per Do-

minum.

Secreta.

Concede, quæsumus Dñe, semper nos per hæc sacra mysteria paschalia gratulari: ut continua nostræ reparationis operatio perpetuae nobis fiat causa lætitiae. Per Dominum nostrum

Post communio.

Redemptionis nostræ munere vegetati, quæsumus Domine: ut hoc per petuae salutis auxilio, fides semper vera proficiat. Per Dominum.

Dominica in octaua Paschæ.

Oratio.

**P**ræsta, quæsumus omnipotens Deus: ut qui Paschalia festa pergeamus: hæc te largiente, moribus & vita teneamus. Per Dñm.

Secreta.

Suscipe munera, quæsumus Domine, exultantis Ecclesiæ: & cui causam tanti gaudij prestitisti, perpetuae frumentum concede lætitię. Per Dominum nostrum.

Post communio.

Quæsumus Domine Deus noster: ut sacrosancta mysteria, quæ pro reparationis nostræ munimine contulisti, & præsens nobis remedium esse facias, & futurum. Per Dominum.

Dominica secunda post Pascha.

Oratio.

**D**eus, qui in filij tui humilitate, ideo centem mundum erexisti: fidelibus tuis perpetuam concede lætitia: ut quos perpetuae mortis eripuisti casibus, gaudiis facias sempiternis perfiri. Per eundem Dñm.

Secreta.

Benedictionem nobis Domine concessat salutarem sacra semper oblationem: ut, quod agit mysterio, virtute perficiat. Per Dñm.

Post communio.

Præsta nobis, quæsumus omnipotens Deus, ut vivificationis tuae gra-

gratiam consequentes, in tuo semper inuenire gloriemur. Per Dominum.

*Dominica iij. post Pascha. Oratio.*

**D**eus qui errantibus, ut in viam possint redire iustitiae, veritatis tue lumen ostendis: da cunctis, qui Christiana professione censentur, & illa respueret, quæ huic inimica sunt nomini: & ea quæ sunt apta sectari. Per Dñm. *Secreta.*

His nobis Dñe, mysteriis conseratur, quo terrena desideria mitigantes, discamus amare cælestia. Per Dominum. *Postcommunio.*

Sacraenta quæ sumpsimus, quæsumus Domine, & spiritualibus nos instaurent alimentis: & corporalibus tueantur auxiliis. Per Dominum nostrum.

*Dominica quarta post Pascha. Oratio.*

**D**eus, qui fidelium mentes vniuersi efficiis voluntatis, da populis tuis id amare, quod præcipis, id desiderare, quod promittis: ut inter mundanas varietates ibi nostra fixa sint corda, ubi vera sunt gaudia. Per Dominum nostrum. *Secreta.*

Deus, quinos per huius sacrificij veneranda commercia, vniuersi summaeq; diuinitatis participes esse fecisti: præsta quæsumus, ut sicut tuam cognouimus veritatem, sic eam dignis moribus assequamur. Per Dñm nostrum. *Postcommunio.*

Adesto nobis Domine Deus noster, ut per hæc, quæ fideliter sumpsimus, & purgemur à vitiis, & à periculis omnibus eruamur. Per Dominum nostrum.

*Dominica quinta post Pascha. Oratio.*

**D**eus à quo bona cuncta procedunt, largire supplicibus tuis: ut cogitemus te inspirante, quæ recta sunt: & te gubernante eadem faciamus. Per Dominum. *Secreta.*

Suscipe Domine fidelium preces cum oblationibus hostiarum: ut per hæc piæ deuotionis officia, ad cælestem gloriam transeamus. Per Dominum. *Postcommunio.*

Tribue nobis Domine cælestis mensæ virtute satiatis, & desiderare, quæ recta sunt, & desiderata percipere. Per Dominum.

*In Litanis. Oratio.*

**P**raesta quæsumus omnipotens Deus, ut qui in afflictione nostra de tua pietate confidimus, contra aduersa omnia tua semper protectione muniamur. Per Dominum nostrum. *Secreta.*

Hæc munera quæsumus Domine, & vincula nostræ præuitatis absoluāt, & tue nobis misericordia dona carent. Per. *Postcommunio.*

Vota nostra quæsumus Domine, pio sauro prosequere: ut dum dona tua in tribulatione percipimus, de consolatione nostra in tuo amore crescamus. Per Dñm.

*In viailia Ascensionis. Oratio.*

**D**eus à quo bona cuncta procedunt, largire supplicibus tuis, ut cogitemus te inspirante, quæ recta sunt: & te gubernante eadem faciamus. Per Dominum. *Secreta.*

Suscipe Dñe fidelium preces cum oblationibus hostiarum: ut per hæc

proprie deuotionis officia, ad celestem gloriam transeamus. Per Dominum nostrum.

Postcommunio.

Tribue Domine celestis mensae virtute satiatis, & desiderare, quae reata sunt, & desiderata percipere. Per Dominum.

In die Ascensionis.

Oratio.

**C**oncede qu<sup>o</sup>dsumus omnipotēs Deus, vt qui hodierna die vni- genitum tuum Redemptorem no- strum ad celestos ascendisse credimus, ipsi quoque mente in celestibus ha- bitemus. Per eundem. Secreta.

Suscipe Domine munera, quae pro filij tui gloria Ascensione deferim⁹: & concede propitius, vt à presentibus periculis liberemur, & ad vitam per- ueniamus eternam. Per eundem Do minum.

Postcommunio.

Presta nobis, qu<sup>o</sup>dsumus omnipo- tēs & misericors Deus, vt quae visibi- libus mysteriis sumēda percepimus: inuisibili consequamur effectu. Per Dominum.

Dominica infra octa. Ascensionis. Oratio.

**O**mnipotens sempiterne Deus, fa- c nos tibi semper, & deuotam gerere voluntatem & maiestati tuz sincero corde seruire. Per. Secreta.

Sacrificia nos Dominica immaculata pu- rificet, & mertibus nostris superne gra tie dominice vigore. Per.

Postcommunio.

Repleti Dominica muneribus sacris, da qu<sup>o</sup>dsumus, vt in gratiarum semper actione maneamus. Per Dominum.

In Vigilia Pentecostes. Oratio.

**D**eus, qui in Abrahae famuli tui opere, humano generi obedie-

tiæ exempla praebuiti: concede nobis, & nostræ voluntatis prauitate frange re, & tuorum preceptorum rectitudi nem in omnibus adimplere. Per Do minum.

Oratio.

Deus, qui in primis temporibus im pleta miracula noui testamenti luce reserasti, vt & mare rubrum forma sacri fontis existeret, & liberata plebs ab Aegyptiaca seruitute, Christiani populi sacramenta proferret: da, vt omnes gentes Isaraelis priuilegiū merito fidei consecutæ, spiritus tui par ticipatione regenerentur. Per Do minum.

Oratio.

Deus glorificatio fidelium, & vita iustorum, qui per Moysem famulum tuum nos quoque modulatione sa cri carminis erudisti: vniuersi genti bus misericordiæ tuæ munus opera re, tribuendo beatitudinem, auferen do terrorem: vt quod pronunciatum est ad supplicium, in remedium tranferatur æternum. Per Dominum no strum.

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui per vincum filium tuum Ecclesia tuæ demonstrasti te esse cultore, vt omnem palmitem, fructum in eodem Christo tuo, qui vera vitis est, afferentem, clementer excolens, fructus afferat ampliores fidelibus suis, quos velut vineam ex Aegypti , per fontem baptismi translulisti, nullæ peccatorum spinæ prualeant: vt sp iritus tui sanctificatione muniti, per petua fruge ditentur. Per Dominum nostrum.

Oratio.

Deus, qui nobis per prophetarum

ora-

ora præcepisti temporalia relinque-re, atque ad æterna festinare: da fa-mulis tuis, vt quæ à te iussa cognoui-mus, implere cælesti inspiratione valeamus. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Oratio.

Domine Deus virtutum, qui colla-psa reparas, & reparata conservas, au-ge populos in tui nominis sanctificatione renouandos: vt omnes, qui sa-cro baptismate diluuntur, tua semper inspiratione dirigantur. Per Domi-num.

Oratio.

Concede, quæsumus omnipotens Deus: vt, qui solennitatem doni sancti spiritus colimus, cælestibus deside-riis accensi, fontem vite sitiamus. Per Dominum.

In officio Missæ  
Præsta, quæsumus omnipotens Deus: vt claritatis tuæ super nos splendor effulgeat: & lux tuæ lucis corda eorum, qui per gratiam tuam renati sunt, sancti spiritus illustratio-ne confirmet. Per Dominum no-strum.

Secreta.

Munera, quæsumus Domine, obla-ta sanctifica: & corda nostra sancti spi-ritus illustratione emunda. Per Domi-num.

Postcommunio.

Sancti spiritus Domine corda no-stra mundet infusio, & sui roris intima aspersione fecundet. Per Dominum nostrum.

Dominica Penthecostes  
Deus, qui hodierna die corda fi-delium sancti Spiritus illustra-tione docuisti: da nobis in eodera spiritu recta sapere, & de eius semi-

per consolatione gaudere. Per Do-minum.

Secreta.

Munera, quæsumus Domine obla-ta sanctifica: & corda nostra sancti Spiritus illustratione emunda.

Per Dominum nostrum Iesum Chri-stum.

Postcommunio.

Sancti spiritus Domine corda no-stra mundet infusio: & sui roris intima aspersione fecundet. Per Domi-num nostrum.

Feria ij. Oratio.

Deus, qui Apostolis tuis sanctum dedisti spiritum: concede plebi tuæ pie petitionis effectum: vt quibus dedisti fidem, largiaris & pacem. Per Dominum.

Secreta.

Propitius, Domine quæsumus, hæc dona sanctifica: & hostiæ spiritalis oblatione suscepta, nō metipos tibi perfice munus eternum. Per Domi-num.

Postcommunio.

Adesto, quæsumus Domine, popu-lo tuo, & quem mysteriis cælestibus imbuisti, ab hostiū furore defende. Per Dominum.

Feria iij. Oratio.

Adsit nobis, quæsumus Domine, A virtus spiritus sancti: que & cor-da nostra clementer expurget, & ab omnibus tueatur aduersis. Per Domi-num nostrum Iesum Christum.

Secreta.

Purificet nos, quæsumus Domine, muneris praesentis oblatio: & dignos sacra participatione efficiat. Per Do-minum.

Postcommunio.

Mentes nostras, quæsumus Do-mine, spiritus Sanctus diuinis re-paret

paret sacramētis: quia ipse est remissio omnium peccatorum. Per Dñm. Feria iij. Quatuor temporum Pentecostes.

Oratio.

**M**entes nostras, quæsumus Domine, paraclitus, qui à te procedit, illuminet: & inducat in omnem sicut tuus promisisti filius, veritatem. Qui tecum viuit.

Oratio.

Præsta, quæsumus omnipotens & misericors Deus: vt spiritus sanctus adueniens, templum nos gloriae tue dignanter inhabitando perficiat. Per Dominum.

Secreta.

Accipe, quæsumus Domine, munus oblatum: & dignanter operare: vt quod mysteriis agimus, piis effectibus celebremus. Per Dominum nostrum.

Postcommunio.

Sumentes Domine cælestia sacramenta, quæsumus clementiam tuam, vt quod temporaliter gerimus, æternis gaudiis consequamur. Per Dñm nostrum.

Oratio.

Da, quæsumus Ecclesie tue misericors Deus: vt spiritu sancto congregata, hostili nullatenus incursione turbetur. Per Dñm.

Secreta.

Sacrificia Domine tuis oblata conspectibus, ignis ille diuinus assumat, qui discipulorum Christi filij tui per spiritum sanctum corda succendit. Per eundem.

Postcommunio.

Sumplimus Domine sacri dona mysteriorum, humiliter deprecantes: vt quæ in tui commemoratione nos facere præcepisti, in nostræ proficiant insirmatis auxilium. Qui viuis.

Sabbatho: illig. Oratio.

**M**Entibus nostris, quæsumus Domine, spiritum sanctum benignus infunde: cuius & sapientia codicilis sumus, & prouidētia gubernamur. Per Dñm.

Oratio.

Ilo nos igne, quæsumus Domine, spiritus sanctus inflammet, quæ Domminus noster Iesus Christus misit in terram: & voluit vehementer accendi. Qui tecum viuit.

Oratio.

Deus, qui ad animarum medelâ ieiunij deuotione castigari corpora precepisti: concede nobis propitijs: & mente & corpore tibi semper esse deuos. Per Dñm.

Oratio.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus: vt salutaribus ieiuniis erudit, ab omnibus etiam virtutis abstinentes, propitiationem tuam facilius impetreremus. Per Dñm.

Oratio.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus, sic nos ab epulis carnalibus abstinere: vt à virtutis irruentibus pariter ieiunemus. Per Dñm.

Oratio.

Deus, qui tribus pueris mitigasti flamas ignium, cõcede propitijs: vt nos famulos tuos non exurat flammae vitiorum. Per Dñm.

Secreta.

Vt accepta tibi sint Domine nostra ieiunia: præsta nobis, quæsumus, huius munere sacramenti, purificatum tibi pectus offerre. Per Dominum nostrum.

Postcommunio.

Præbeant nobis Domine diuinum tua sancta feruorem, quo eorum patiter & actu delectemur, & gustu. Per Dominum.

*In festo sancte Trinitatis.*

**O**Mnipotens sempiterne Deus,  
qui dedisti famulis tuis in confessione verae fidei æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia maiestatis adorare unitatem: quæsumus, ut eiusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur aduersis Per Dominum.

*Secreta.*

Sæcifica, quæsumus Dñe Deus noster, per cuius sancti nominis invocationem, huius oblationis hostiam: & per eam nosmet ipsos tibi perfice munus æternum. Per Dñm.

*Post comunio.*

Proficiat nobis ad salutem corporis & animæ Dñe Deus noster, huius sacramenti suscepit: & sempiterne sanctæ Trinitatis, eiusdemque individua unitatis confessio. Per Dominum.

Dñica prima post Penthecostem. *Oratio.*

**D**eus in te sperantium fortitudine, adesto propitiis invocationibus nostris: & quia sine te nihil potest mortalitas infirmitas, praesta auxilium gratiae tuæ: ut in exequendis misericordiis tuis, & voluntate tibi, & actione placemus. Per Dominum.

*Secreta.*

Hostias nostras quæsumus Dñe, tibi dicatas placatus assume, & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per Dñm.

*Post comunio.*

Tantis Dñe repleti muneribus, praesta quæsumus: ut & salutaria dona capiamus, & à tua laude nunquam cessemus. Per Dominum.

*In solennitate sacratissimi corporis*

*Christi.*

*Oratio.*

**D**eus, qui nobis sub sacramento mirabili passionis tuæ memoriam

reliquisti: tribue, quæsumus, ita nos corporis & sanguinis tui sacra mysteria venerari: ut redemptionis tuae fructum in nobis iugiter sentiamus. Qui viuis.

*Secreta.*

Ecclesiæ tuae, quæsumus Dñe, unitatis & pacis propitiis dona concede: quæ sub oblatis muneribus mysticè designantur. Per Dñm.

*Post communio.*

Fac nos, quæsumus Dñe, diuinitatis tuae sempiterna fruitione repleri: quam pretiosi corporis & sanguinis tui temporalis perceptio præfigurat. Qui viuis.

Dñica secunda post Penthecostem. *Oratio.*

**S**acti nominis tui Dñe timore patriter & amore fac nos habere permanentem: quia nunquam tua gubernatione destituis, quos in soliditate tua dilectionis instituisti. Per Dominum nostrum.

*Secreta.*

Oblatio nos, quæsumus Dñe, tuo nomini dicanda purificet: & de die in diem ad cœlestis vitæ transferat actio nem. Per Dñm.

*Post comunio.*

Sumptis munib[us] sacris, quæsumus Domine, ut cum frequentatione mysterij, crescat nostræ salutis effectus, Per Dominum nostrum.

Dñica iii. post Penthecostem. *Oratio.*

**P**rotector in te sperantium Deus, sine quo nihil est validum, nihil sanctum: multiplica super nos misericordia tua in: ut te rectore, te duce, sic transeamus per bona temporalia, ut non ammittamus æterna. Per.

*Secreta.*

Respicere, quæsumus Dñe, munera supplicantis Ecclesiæ: & saluti credentium perpetua sanctificatione sumen-

## Oraciones.

da concede. Per Dñm. Postcommunio.

Sancta tua Domine nos sumpta viuiscent: & misericordiae sempiternæ præparent expiatos. Per Dñm.

Dominica iij. post Penthecosten. Oratio.

**D**a nobis, quæsumus Dñe, vt & mudi cursus pacificè nobis tuo ordine dirigatur: & Ecclesia tua tranquilla deuotione lætetur. Per Dominum.

Secreta.

Oblationibus nostris, quæsumus Domine, placare suscepisti: & ad te nostras etiam rebelles compelle propitiis voluntates. Per. Postcommunio.

Myste[r]ia nos Domine, quæsumus, sumpta purificet: & suo munere tueatur. Per Dominum.

Dominica v. Post Penthecosten. Oratio.

**D**eus, qui diligētibus te bona inuisibilia præparasti: infunde cordibus nostris tui amoris affectum: vt te in omnibus & super omnia diligentes: promissiones tuas, quæ omne defiderium superant, conicquamur. Per Dominum.

Secreta.

Propitiare Domine supplicationibus nostris: & has oblationes famulorum famularumque tuarū benignus assume: vt quod singuli obtulerunt ad honorem nominis tui, cunctis proficiat ad salutem. Per Dominum nostrum. Postcommunio.

Quos Domine cælesti dono satiasisti: præsta quæsumus: vt à nostris mundemur occultis: & ab hostiis libemur infidiis. Per Dominum.

Dominica vij. post Penthecosten. Oratio.

**D**eus virtutum, cuius est totum, quod est optimū, insere pecto-

ribus nostris amore tui nominis: & præsta in nobis religionis augmentū: vt quæ sunt bona, nutrias: ac pietatis studio, quæ sunt nutrita, custodias. Per Dominum.

Secreta.

Propitiare Domine supplicationibus nostris: & has populi tui oblationes benignus assume: & vt nullius sit irritum votum, nullius vacua postulatio, præsta quæsumus: vt quod fideliter petimus, efficaciter cōflequamur. Per Dominum. Postcommunio.

Repletis sumus Domine munerib[us] tuis: tribue quæsumus: vt eorum munemur effectu, & muniamur auxilio. Per Dominum nostrum.

Dominica vij. Post Penthecosten. Oratio.

**D**eus, cuius prouidentia in sui dispositione non fallitur: te supplices exoramus: vt noxia cuncta submoueas: & omnia nobis profutura cōcedas. Per Dominum.

Secreta.

Deus, qui legalium differentiā hostiarū vnius sacrificij perfectione sanctisti: accipe sacrificium à deuotis tuis famulis: & pari benedictione, sicut munera Abel, sanctifica: vt quod singuli obtulerunt ad maiestatis tuæ honorem, cunctis proficiat ad salutē. Per Dominum. Postcommunio.

Tua nos Dñe medicinalis operatio, & à nostri peruersitatibus clementer expediatur, & ad ea, quæ sunt recta, perducatur. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Dominica viij. Post Penthecosten. Oratio.

**L**argire nobis, quæsumus Domine, semper spiritu cogitandi quæ recta

recta sunt propitiis & agendi: vt qui sine te esse non possumus, secundum te viuere valeamus. Per Dominum.

Secreta.

Sūscipe quæsumus Domine, mune-  
ra, quæ tibi de tua largitate deferim⁹:  
vt hæc sacrosancta mysteria, gratiæ  
tuæ operante virtute, & præsentis vi-  
tæ nos conuersatione sanctificant, &  
ad gaudia sempiterna perducant. Per  
Dominum.

Postcommunio.

Sit nobis Domine reparatio men-  
tis & corporis cælestis mysterium: vt  
cuius exequimur cultum, sentiamus  
effectum. Per.

Dominica ix post Pentecost. Oratio.

Pateant ares misericordiæ tuæ  
Dñe, precibus supplicantium: &  
vt pententibus desiderata concedas,  
fac eos, quæ tibi sunt placita postula-  
re. Per Dominum.

Secreta.

Concede nobis quæsumus Domi-  
ne, hæc dignè frequentare mysteria:  
quia quoties huius hostiæ com-  
memoratio celebratur, opus nostræ re-  
demptionis exercetur. Per Dominum  
nostrum.

Postcommunio.

Tui nobis quæsumus Domine, cō-  
munio sacramenti, & purificationem  
conferat, & tribuat vnitatem. Per Do-  
minum.

Dñica x. post Pentecost. Oratio.

D̄us, qui omnipotentiam tuam  
parcendo maximè & miserando  
manifestas: multiplica super nos  
gratiæ tuam, vt ad tua promissa cur-  
rentes, cælestium bonorum facias es-  
se consortes. Per Dñm nostrum Ie-  
sus Christum.

Secreta.

Tibi Domine sacrificia dicata red-  
dantur, quæ sic ad honorem nomi-  
nis tui deferenda tribuisti: vt eadem  
remedia sieri nostra præstares. Per  
Dominum.

Postcommunio.

Quæsumus Dñe Deus noster, vt  
quos diuinis reparare non desitis sa-  
cramentis, tuis non destitutas benig-  
nus auxiliis. Per Dominum nostrum.  
Dñica xj. post Pentecost. Oratio.

O Mnipotens sempiterne Deus,  
qui abundantia pietatis tuæ, &  
merita supplicum excedis & vota:  
effunde super nos misericordiæ tuæ:  
vt dimittas, quæ conscientia metuit &  
adiicias, quod oratio non præsumit.  
Per Dñm.

Secreta.

Réspice Domine quæsumus, ad no-  
stram propitiæ seruitutem: vt quod  
offerimus, sit tibi munus acceptum: &  
sit nostræ fragilitatis subsidiū. Per  
Dñm.

Postcommunio.

Sentiamus, quæsumus Domine,  
tui perceptione sacramenti subsidiū  
mentis & corporis: vt in vtroque sal-  
vati, cælestis remedij plenitudine glo-  
riemur. Per Dominum.

Dominica xij post Pentecosten.

Oratio.

O Mnipotens & misericors Deus,  
de cuius munere venit, vt tibi à  
fidelibus tuis dignè & laudabiliter  
seruiatur: tribue nobis quæsumus, vt  
ad promissiones tuas sine offenditione  
curramus. Per Dñm.

Secreta.

Hostias, quæsumus Domine, pro-  
pitius intende, quas sacris altari-  
bus exhibemus: vt nobis indulgen-  
tiam

## Orationes

tiam largiendo, tuo nomini dent honorem. Per Dominum nostrum Iesum Christum. Postcommunio.

Viuiscet nos, quæsumus Dñe, huius participatio sancta mysterij: & pariter nobis expiatione tribuat & munimen, Per Dominum.

Dñica xiiij. post Penthecosten. Oratio.

**O**mnipotens sempiterne Deus, da nobis fidei, spei, & charitatis augmentum: & vt mereamur ase qui quod promittis, fac nos amare, quod præcips. Per Dñm. Secreta.

Propitiare, quæsumus Dñe populo tuo, propitiare muneribus, vt hac oblatione placatus, & indulgentiam nobis tribuas, & postulata concedas. Per Dominum. Postcommunio.

Sumptis Dñe, cœlestibus sacramentis ad redemptionis æternæ, quæsumus, proficiamus augmentum. Per Dominum.

Dñica xiiiij. post Penthecosten. Oratio.

**C**ustodi, quæsumus Dñe Ecclesiam tuam propitiatione perpetua: & quia sine te labitur humana mortalitas, tuis semper auxiliis & abstrahatur à noxiis, & ad salutaria dirigatur. Per Dominum. Secreta.

Concede nobis quæsumus Domine, vt hæc hostia salutaris, & nostrorum fiat purgatio delictorum, & tuæ propitiatio potestatis. Per Dominum nostrum.

Postcommunio.

Purifcent semper, & muniant tua sacramenta nos Deus: & ad perpetuæ ducant saluationis effectum. Per Dominum.

Dñica xv. post Penthecosten. Oratio.

**E**cclasiam tuam Domine misericordia continuata mundet & muniat: & quia sine te non potest salu cōsistere, tuo semper munere gubernetur. Per Dñm. Secreta.

Tua nos Domine sacramenta custodian, & contra diabolicos semper tueantur incursus. Per Dominum nostrum. Postcommunio.

Mentes nostras & corpora possideat, quæsumus Dñe doni cœlestis operatio, vt non noster sensus in nobis, sed iugiter eius præueniat effectus. Per Dominum.

Dñica xvij. post Penthecosten. Oratio.

**T**ua nos quæsumus Dñe, gratia semper præueniat & sequatur: ac bonis operibus iugiter præstet esse intentos. Per Dñm. Secreta.

Munda nos quæsumus Domine, sacrificij præsentis effectu, & perfice miseratus in nobis: vt eius mereamur esse participes. Per Dominum nostrum. Postcommunio.

Purifica, quæsumus Dñe, mères nostras benignus, & renoua cœlestibus sacramentis: vt consequenter & corporum præsens pariter & futurum capiamus auxilium. Per Dominum nostrum.

Dñica xvij. post Penthecosten. Oratio.

**D**a quæsumus Domine populo tuo, diabolica vitare contagia: & te solum Deum pura mente sectari. Per Dñm. Secreta.

Maiestatem tuam Domine suppli citer deprecamur, vthæc sancta quæ gerimus, & à præteritis delictis nos exuant,

exuant, & futuris. Per Dominum nostrum.

Postcommunio.

Sanctificationibus tuis, omnipotens Deus, & vitia nostra currentur, & remedia nobis æterna proueniant. Per Dominum.

Feria iij. Quatuor temporum mensis Septembris.

Oratio.

Misericordiae tuae remediis, quæsumus Domine, fragilitas nostra subsistat: ut, quæ sua conditione attinet, tua clemencia reparetur. Per Dominum.

Oratio.

Præsta, quæsumus Domine, familiæ tuae supplicanti: ut dum à cibis corporalibus se abstinet, à vitiis quoque mente ieunct. Per Dominum nostrum.

Secreta.

Hæc hostia, quæsumus Domine, emundet nostra delicta: & ad sacrificium celebrandum, subditorum tibi corpora mentesque sanctificet. Per Dominum.

Postcommunio.

Sumentes Domine dona cælestia, suppliciter deprecamur: ut quæ sedula seruitute, donante te gerimus, dignis sensibus tuo munere capiamus.

Per Dominum.

Feria vij. Quatuor temporum. Oratio.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus: ut obseruationes sacras annualia deuotione recoleentes, & corpore tibi placeamus, & mente. Per Dominum.

Secreta.

Accepta tibi sint, Domine quæsumus, nostri dona ieunjij: quæ & expiando nos tua gratia dignos efficiat, & ad sempiterna promissa perducat. Per Dominum.

Postcommunio.

Quæsumus omnipotens Deus: ut de perceptis muneribus gratias exhibentes, beneficia potiora sumamus. Per Dominum.

Sabbatho Quatuor temporum Septembris.

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus: qui per continetiam salutarem, & corporibus mederis, & mentibus, maiestatem tuæ supplices exoramus: ut pia iejunantium deprecatione placatus, & praesentia nobis sublidia tribuas, & futura. Per Dominum nostrum.

Oratio.

Da nobis, quæsumus omnipotens Deus: ut iejunando tua gratia satiemur, & abstinendo cunctis efficiamur hostibus fortiores. Per Dominum.

Oratio.

Tuere, quæsumus Domine, familiâ tuam: ut salutis æternæ remedia, quæ te inspirante requirimus, te largiente, consequamur. Per Dñm.

Oratio.

Præsta, quæsumus Domine, sic nos ab epulis carnalibus abstinere: ut à vitiis irruentibus pariter ieunemus. Per Dominum.

Oratio.

Vt nobis Domine tribus solenne tibi defere iejunium: sic nobis, quæsumus, indulgentiæ præsta subsidium. Per Dominum.

Oratio.

Deus, qui tribus pueris mitigasti flammam ignium, concede propitius: ut nos famulos tuos non exurat flamma vitorum. Per Dominum nostrum.

Secreta.

Concede, quæsumus omnipotens Deus: ut oculis tuae maiestatis munus oblatum, & gratiam nobis deuor-

## Orationes

tionis obtineat, & effectum beatæ p  
rennitatis acquirat. Per Dominum no  
strum.

Postcommunic.

Perficiant in nobis, Domine quæsu  
mus, tua sacramenta, quod cōtinent:  
vt quæ nunc spe gerimus, rerum veri  
tate capiamus. Per Dñm.

Dñica xvij. post Penthecoſten. Oratio.

**D**Irigit corda nostra, quæſumus  
Domine, tuæ miserationis ope  
ratio: quia tibi sine te placere non pos  
ſumus. Per Dñm.

Secreta.

Deus, qui nos per huius sacrificij  
veneranda commercia, vnius summe  
que diuinitatis participes iſſicis: præ  
ſta, quæſumus: vt ſicut tuam cognof  
cimus veritatem, ſic eam dignis mo  
ribus aſsequamur. Per Dominum no  
strum.

Postcommunicio.

Gratias tibi referimus Domine, ſa  
cro munere vegetati, tuam misericor  
diani deprecantes: vt dignos nos eius  
participatione perficias. Per Dominū  
noſtrum.

Dñica xix. Post Penthecoſten. Oratio.

**O**Maipotens & misericors Deus,  
vniuersa nobis aduersantia pro  
pitiatus exclude: vt mente & corpo  
re pariter expediti quæ tua ſunt, libe  
ris mentibus exequamur. Per Domini  
num.

Secreta.

Hæc munera quæſumus Domine,  
quæ oculis tuæ maiestatis offerimus,  
ſalutaria nobis eſſe concede. Per Do  
minum.

Postcommunicio.

Tua nos, Domine, medicinalis ope  
ratio, & à noſtis peruerſitatibus cle  
mēter expediāt, & tuis ſemper faciat  
inharere mandatis. Per Dñm.

Dñica xx. Post Penthecoſten. Oratio.

**L**Argire, quæſumus Domine, fi  
delibus tuis indulgentiam pla  
tus & pacem: vt pariter ab omnibus  
mudentur offenis, & ſecura tibi  
mente deſeruant. Per Dominum no  
strum.

Secreta.

Cæleſtem nobis præbant hæc my  
ſteria, quæſumus Domine, medicinā:  
& vitia noſtri cordis expurgent. Per  
Dominum.

Postcommunicio.

Vt ſacris, Domine, reddamur di  
gni munerib: fac nos, quæſumus, tuis  
ſemper obedire mandatis. Per.

Dñica xxij. Post Penthecoſten. Oratio.

**F**Amiliam tuam, quæſumus Dñe,  
continua pietate cuſtodi: vt à cun  
etis aduersitatibus, te protegente, ſit li  
bera: & in bonis actibus tuo nomini  
ſit deuota. Per Dñm.

Secreta.

Suscipe, Dñe, propitius hoſtias, qui  
bus & te placari voluisti, & nobis ſalu  
tem potenti pietate reſtitui. Per Do  
minum.

Postcommunicio.

Immortalitatis alimoniam confe  
cuti, quæſumus Domine, vt quod ore  
percepimus, pura mēte ſeſtemur. Per  
Dominum.

Dñica xxxij. Post Penthecoſten. Oratio

**D**eus refugium noſtrum, & vi  
tus: adeſto piis Ecclesiæ tuæ pre  
cibus, auctor ipſe pectatis, & præſta:  
vt quod fideliter petimus, efficaciter  
consequamur. Per Dominum no  
ſtrum.

Secreta.

Da misericors Deus: vt hæc ſalut  
aris oblatio, & à propriis nos reatibus  
indefinenter expediāt & ab omnibus  
tueatur aduersis. Per Dñm.

## Postcommunio.

Sumpsumus Dñe sacri dona myste-  
rij, humiliter deprecantes, vt quæ in  
tui commemoratione nos facere præ-  
cepisti, in nostræ proficiant infirmita-  
tis axilium. Qui viuis.

Dñica xxiiij. post Penthecost. Oratio.

**A**bsolute quæsumus Domine, tuo  
rū delicta populorum: vt à peccatorum  
nostrorum nexibus, quæ pro nostra  
fragilitate contraximus,  
tua benignitate liberemur. Per Do-  
minum nostrum. Secreta.

Pro nostræ seruitutis augmento sa-  
cificium tibi Domine laudis offeri-  
mus: vt quod immeritis contulisti,  
propitius exequaris. Per Dominum  
nostrum. Postcommunio.

Quæsumus omnipotens Deus, vt  
quos diuina tribuis participatione  
gaudere, humanis non finas subiace-

re periculis. Per Dominum.

Dñica xxiiij. post Penthecost. Oratio.

**E**xita quæsumus Domine tuorū  
fidelium volūtates, vt diuini o-  
pcris fructum propensius exequen-  
tes, pietatis tuae remedia maiora per-  
cipiant. Per Dominum nostrum Ie-  
sum Christum. Secreta.

Propitius esto, Domine, supplica-  
tionibus nostris: & populi tui obla-  
tionibus precibusq; suscepis, omniū  
nostrorū ad te corda conuerte: vt à  
terrenis cupiditatibus liberati, ad cæ-  
lestia desideria transeamus. Per Do-  
minum. Postcommunio.

Concede nobis quæsumus Domi-  
ne, vt per hæc sacramenta quæ sum-  
psumus, quicquid in nostra mente vi-  
tiolum est, ipsorum medicationis do-  
no curetur. Per Dominum nostrum  
Iesum Christum.

## Proprium de Sanctis.

In Vigilia S. Andreæ Apostoli. Oratio.



Væsumus omni-  
potens Deus, vt  
beat⁹ Andreas A-  
postolus tuus pro  
nobis imploret au-  
xiliū: vt à nostris  
reatibus absoluti, à  
cunctis etiā periculis eruamur. Per.

Pro commemo. S. Saturnini mart. Oratio.

**D**eus qui nos beati Saturnini  
martyris tui concedis natalicio  
perfrui: eius nos tribue meritis adiu-  
uari. Per Dñm. Secreta

Sacrandum tibi Domine munus  
offerimus: quo beati Andreæ soleni-  
nia recolentes, purificationem quoq;  
nostris mentibus imploramus. Per  
Dominum. Secreta.

Munera tibi Domine dicata sancti  
fica: & intercedēte beato Saturnino  
martyre tuo per hæc eadem nos pla-  
catus intende. Per Dñm. Postcommu-

Perceptis Dñe sacramentis, suppli-  
citer exoramus: vt intercedēte beato  
Andrea Apostolo tuo, quæ pro illius  
veneranda gerimus passione, nobis  
proficiant ad medelam. Per Dñm.

## Orationes

Postcommunio.

Sanctificet nos, quæsumus Domine, tui perceptio sacramenti: & intercessione sanctorum tuorum tibi reddit acceptos. Per Dominum.

In festo S. Andreæ Apostoli. Oratio.

M Aiestatem tuam Domine, super pliciter exoramus, ut sicut Ecclesiæ tue beatus Andreas Apostolus extitit prædicator & rector: ita apud te sit pro nobis perpetuus intercessor. Per Dominum.

Secreta.

Sacrificium nostrum tibi Domine quæsumus beati Andreæ Apostoli tui precatio sancta cœciliat: vt in cuius honore soleniter exhibetur, eius meritis efficiatur acceptum. Per Dominum.

Postcommunio.

Sumpsimus Domine, diuina mysteria, beati Andreæ festiuitate letantes: quæ sicut tuis sanctis ad gloriam ita nobis quæsumus, ad veniam prodelle perficias. Per Dominum.

## D E C E M B E R.

Pro commemoratione S. Bibiane virginis & martyris.

Oratio.

Indulgentiam, &c. de communi virginum.

Pro commemoratione S. Barbaræ virginis & martyris.

Oratio.

¶ Deus qui inter cætera. &c. de communi virginum.

Pro commemoratione S. Sabbae Abbatis.

Oratio.

Intercessio nos quæsumus Domine, beati Sabbae Abbatis commendet: vt quod nostris meritis non vale-

mus, eius patrocinio assequamur. Per Dominum.

Secreta.

Sacris altaribus Domine, hostias superpolitas sanctus Sabbas, quæsumus, in salutem nobis prouenire deponcat. Per Dominum. Postcommunio.

Protegat nos Domine, cū tui perceptione sacramenti beatus Sabbas, pro nobis intercedendo: ut & cœuerfationis eius experiamur insignia, & intercessionis ipsius percipiamus suffragia. Per Dominum.

In festo S. Nicolai Episcopi & confessoris.

Oratio.

D eus qui beatum Nicolauum pontificem tuum innumeris decorasti miraculis: tribue quæsumus, vt eius meritis & precibus: à gehenæ incendiis liberemur. Per Dñm.

Secreta.

Sanctifica quæsumus Dñe Deus hæc munera: quæ in solemnitate sancti Antonii tui Nicolai offerimus: vt per ea vita nostra inter aduersa & prospera vbique dirigatur. Per Dominum nostrum.

Postcommunio.

Sacrificia quæsumus Domine, pro solennitate sancti Pontificis tui Nicolai, sempererna nos protectione conservent. Per Dominum.

In festo S. Ambrosij Episcopi & confessoris, de Doctoris Ecclesie.

Oratio.

D eus, qui populo tuo æternæ salutis beatu Ambrosum ministrum tribuisti: praesta quæsumus, vt quem Doctorem vitæ habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in cælis. Per Dñm.

Secreta.

Omnipotens semperne Deus, munera tuae maiestati oblata, per intercessio-

cessionem beati Ambrosij confessoris tui atque pontificis, ad perpetuā nobis fac prouenire salutem. Per Dominum.

Postcommunio.

Sacramenta salutis nostrae fuscip̄es, concede quæsumus omnipotēs Deus, vt beati Ambrosij confessoris tui atque pontificis nos vbiique oratio adiuuet, in cuius veneratione hęc tuę obtulimus maiestati. Per Dominum.

In festo Conceptionis Beate Marie Virginis.

Oratio.

Famulis tuis quæsumus Domine, cælestis gratiæ munus imperire: vt quibus beatæ Virginis partus extitit salutis exordium, Conceptionis eius votiuia solennitas, pacis tribuat incrementum. Per Dominum nostrum.

Secreta.

Vnigeniti tui Domine nobis succurrat humanitas, vt qui natus de Virgine, matris integratem nō minuit, sed sacrauit: in Conceptionis eius solenniis, nostris nos piaculis exuens, oblationem nostram sibi faciat acceptam, Iesus Christus Dominus noster. Qui.

Postcommunio.

Sumpsimus Domine celebritatis annuæ votiuia sacramēta: præsta quæsumus, vt temporalis vitæ nobis remedia præbeant, & eternæ. Per Dominum.

Pro commemoratione sancti Melchiadis Pape & martyris.

Oratio.

Infirmitatem, &c. de communi vnius martyris Pontificis.

In festo sancti Damasi Pape & confessoris.

Oratio.

E Xaudi Dñe preces nostras, & in tercedente beato Damaso confessore tuo atque pontifice, indulgentiam nobis tribue placatus, & pacem. Per Dominum.

Secreta.

Accepta tibi sit, quæsumus Domine, sacrate plebis oblatio, pro tuorū honore sanctorum, quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per Dominum nostrum.

Postcommunio.

Da quæsumus Domine, fidelibus populis sanctorum tuorum semper veneratione lētari: & eorū perpetua supplicatione muniri. Per Dominum.

In festo sancte Lucie virginis & martyris.

Oratio.

E Xaudi nos Deus salutaris noster, vt sicut de beatæ Lucie virginis & martyris tuae festiuitate gaudemus: ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per Dominum.

Secreta.

Accepta tibi sit Domine sacratæ plebis oblatio, pro tuorum honore sanctorum, quorum se meritis percipisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per Dñm.

Postcommunio.

Satiasti Dñe familiam tuam muneribus sacrīs: eius, quæsumus semper interuentione nos refoue, cuius solennia celebramus. Per Dominum. In Vigilia S. Thomæ Apostoli.

Oratio.

Da quæsumus omnipotens, &c. vt in vigilia vnius Apostoli.

In festo S. Thomæ Apostoli.

Oratio.

D Anobis quæsumus Dñe, beati Apostoli tui Thomę solennitibus gloriari: vt eius semper & patro-

C. 5. ciuiis.

ciniis subletiemur, & fidem congrua  
deuotione se temur. Per. Secreta.

Debitū tibi Dñe nostrae reddim⁹  
seruitutis, suppliciter exorātes; vt suf-  
fragiis beati Thomae Apostoli tui, in  
nobis tua munera tuearis, cuius hono-  
randa confessione laudis tibi hostias  
immolamus. Per. Postcommunio.

Adesto nobis misericors Deus: &  
intercedente pro nobis beato Tho-  
ma Apostolo tuo, tua circa nos pro-  
pitatus dona custodi. Per Dñm.

## I A N V A R I V S.

Pro commemoratione S. Higinij Papæ &  
martyris. Oratio.

In infirmitatem, &c. de communione unius  
martyris Pontificis.

In festo S. Hilarij Episcopi & confessio-  
ris. Oratio.

¶ Deus qui populo tuo, &c. de commu-  
ni Doctorum.

Pro commemoratione S. Felicis in Pincis. Oratio.

Concede quæsumus omnipotēs  
Deus, vt ad meliorem vitā san-  
ctorum tuorum exempla nos preuo-  
cent: quatenus quorum solennia agi-  
mus, etiam actus imitemur. Per Do-  
minum. Secreta.

Hostias tibi Domine beati Felicis  
martyris tui dicatas meritis benign⁹  
assume: & ad perpetuum nobis tri-  
bue prouenire subsidium. Per Do-  
minum. Postcommunio.

Quæsumus Dñe salutaribus reple-  
ti mysteriis, vt beati Felicis martyris  
tui, cuius solennia celebramus, ora-  
tionibus adiuuemur. Per Dñm.

In festo S. Pauli primi Eremitæ.

## Oratio.

Deus qui nos beati Pauli confes-  
soris tui annua solennitate læti-  
cas, concede propitius vt cuius nata-  
litia colimus, etiā actiones imitemur.  
Per Dominum.

Pro commemoratione S. Mauri Abbatis.

## Oratio.

Intercessio nos, quæsumus Domi-  
ne, beati Mauri Abbatis commé-  
det, vt quod nostris meritis non va-  
leamus, eius patrocinio assequamur.  
Per Dominum. Secreta.

Laud tibi Dñe hostias immola-  
mus, in tuorum commemoratione  
sanctorum: quibus nos & presenti-  
bus ex ui malis confidimus, & futuris.  
Per Dominum. Secreta.

Præsta nobis, quæsumus omnipo-  
tent Deus: vt nostrę humilitatis obla-  
tio, & pro tuorum tibi grata sit hono-  
re sanctorum, & nos corpore pariter  
& mente purifecet. Per Dominum  
nostrum. Postcommunio.

Refecti cibo potuq; cælesti Deus  
noster, te supplices exoramus: vt in  
cuius hæc commemoratione perce-  
pimus, eius muniamur & precibus.  
Per Dñm. Postcommunio.

Protegat nos Domine cum tui per-  
ceptione sacramenti, beatus Maurus  
Abbas pro nobis intercedendo, vt  
& conuersationis eius experiamus  
insignia, & intercessionis ipsius per-  
cipiamus suffragia. Per Dominum  
nostrum.

In festo S. Marcelli Pape & martyris.  
Oratio.

Præces populi tui, quæsumus Domine, clementer exaudi: vt beati Marcelli martyris tui, atq; pontificis meritis adiuuemur, cuius passione legitamur. Per Dñm.

Secreta.

Suscipe, quæsumus Domine, munera dignanter oblata: & beati Marcelli suffragantibus meritis, ad nostræ salutis auxilium prouenire concede. Per Dominum.

Postcommunio.

Satiaisti Domine familiam tuâ muneribus sacris: eius quæsumus semper interuentione nos refoue, cuins solennia celebramus. Per Dominum nostrum.

In festo S. Antonij Abbatis. Oratio.  
Intercessio, &c. de communi Abbatu.  
In festo Cathedrae S. Petri, qua Roma primum sedet. Oratio.

Deus, qui beato Patro Apostolo tuo, collatis clauibus regni cælestis, animas ligandi, atque soluendi, pottificium tradidisti: concede: vt intercessionis eius auxilio à peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Qui vixi.

Pro commemoratione S. Pauli. Oratio.

Deus, qui multitudinem gentium beati Pauli Apostoli prædicatio ne docuisti: da nobis, quæsumus, vt cuius commemorationem colimus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per Dominum.

Pro commemoratione S. Priscæ virginis & martyris. Oratio.

Deus, quæsumus omnipotens Deus, vt qui beatæ Priscæ virginis &

martyris tuæ natalitia colimus: & annualiæ solennitate lætemur, & tantæ fideli proficiamus exemplo. Per Dominum.

Secreta.

Ecclesiæ tuæ, quæsumus Domine, preces & hostias beati Apostoli tui Petri commendet oratio: vt, quod pro illius gloria celebрамus, nobis pro fit ad veniam. Per Dominum nostrum.

Secreta.

Apostoli tui Pauli precibus, Domine, plebis tuæ dona sanctifica: vt, quæ tibi tuo grata sunt instituto, gratiорiant patrocinio supplicantis. Per Dominum.

Secreta.

Hostiam, quæsumus Dñe, quam in sanctorum tuorum natalitijs recensentes offerimus, & vincula nostræ prauitatis absoluat, & tuæ nobis misericordiæ dona conciliet. Per Dominum.

Postcommunio.

Letifice nos, Domine, munus oblatum, vt sicut in Apostolo tuo Petro te mirabilem prædicamus: sic per illum tuæ sumamus indulgentiæ largitatem. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Postcommunio.

Sanctificati Dñe salutari mysteriis, quæsumus: vt pro nobis eius non deficit oratio, cuius nos donasti patrocinio gubernari.

Postcommunio.

Quæsumus Dñe, salutaribus repletu[m] mysteriis: vt, cuius solennia celebramus: eius orationibus adiuuemur. Per Dominum.

Sanctorum martyrum Marij Marthæ, An<sup>d</sup>afacis, & Abachum. Oratio.

EX AVDI Domine populum tuum, cum sanctorum martyrum tuo:

tuorum patrocinio supplicantem : vt & temporalis vita nobis tribuas pacem gaudere, & aeternae reperi subsidium. Per Dominum.

Secreta.

Preces Domine tuorum respice, oblationesq; fidelium: vt & tibi gratiae sint pro tuorum festiuitate sanctorum: & nobis conferant tuae propitiationis auxilium. Per Dominum nostrum.

Postcommunio.

Sanctorum tuorum, Domine, intercessione placatus, praesta quæsumus: vt: quæ temporali celebрамus actione, perpetua salutatione capiamus. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

In festo SS. Martyrum Fabiani & Sebastiani.

Oratio.

**I**nfirmitatem nostram respice omnipotens Deus: & quia pondus propriæ actionis grauat: beatorum martyrum tuorum Fabiani & Sebastiani, intercessio gloria nos protegat. Per Dominum.

Secreta.

Hostias tibi, Domine, beatorum martyrum tuorum Fabiani & Sebastiani dicatas meritis benignus assume, & ad perpetuum nobis tribue prouenire subisdium. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Postcommunio.

Refecti participatione muneris sancti, quæsumus Domine Deus noster: vt, quorum exequimur cultum, sentiamus effectum. Per Dominum nostrum.

In festo S. Agnetis virginis & martyris.

Oratio.

**O**mnipotens semperne Deus, qui infirma mundi eligis, vt for-

tia quæque confundas: concede propitiis: vt, qui beatæ Agnetis virginis & martyris tuae solenia colimus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per Dominum.

Secreta.

Hostias, Domine, quas tibi offerim⁹ propitiis suscipe: & intercedente beata Agnete virgine & martyre tua, vincula peccatorum nostrorum absolv. Per Dominum.

Postcommunio.

Refecti cibo, potuq; cælesti, Deus noster, te supplices exoramus: vt in cuius hæc commemoratione percepimus, eius muniamur & precibus. Per Dominum.

In festo sanctorum martyrum Vincentij & Anastasiij.

Oratio.

**A**d festo, quæsumus Dñe, supplicationibus nostris: vt, qui ex iniunctate nostra reos nos esse cognoscim⁹, beatorum martyrum tuorum Vincentij & Anastasiij intercessione liberemur. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Secreta.

Munera tibi Domine, nostræ deuotionis offerimus, quæ & pro tuorum tibi grata sint honore iustorum, & nobis salutaria, te miserante reddantur. Per.

Postcommunio.

Quæsumus omnipotens Deus: vt, qui cælestia alimenta percepimus, intercedentibus beatis martyribus tuis Vincentio, & Anastasio, per hæc contra omnia aduersa muniamur. Per Dominum.

S. Emerentianæ virginis & martyris.

Oratio.

Indulgentiam, &c. De communione virginum & martyrum.

S. Ti-

S. Timothæi Episc. & mart. Oratio.

**I**nfirmitatem nostram respice o-  
mnipotens Deus: quia podus pro  
prie actionis grauat, beati Timothei  
martyris tui, atque Pontificis inter-  
cessio gloria nos protegat. Per Do-  
minum.

Secreta.

Hostias tibi Dñe, beati Timothei  
martyris tui atque Pontificis dicatas  
meritis benignus assūme: & ad perpe-  
tuum nobis tribue prouenire subsi-  
dium. Per Dominum. Postcommunio.

Refecti participatione munera sa-  
cri, quæsumus Domine Deus noster,  
vt beati Timothei martyris tui atque  
Pontificis, cuius exequimur cultum  
sentiamus effectum. Per Dominum  
nostrum.

In conuersione S. Pauli Apostoli. Oratio.

**D**eus qui vniuersum mundum  
beati Pauli Apostoli prædicatio-  
ne docuisti: da nobis quæsumus, vt  
qui eius hodie conuersione colimus,  
per eius ad te exæpla gradiamur. Per.  
Pro commemoratione S. Petri. Oratio.

Deus, qui beato Petro, &c. ut supra  
in festo Cathedræ ipsius. Secreta.

Apostoli tui Pauli precibus Domi-  
ne plebis tuæ dona sanctifica: vt quæ  
tibi tuo grata sunt instituto, gratori-  
ant patrocinio supplicantis. Per Do-  
minum.

Postcommunio.

Sanctificati Dñe salutari mysterio,  
quæsumus: vt pro nobis eius non de-  
sit oratio, cuius nos donasti patroci-  
nio gubernari. Per Dominum.

S. Polycarpi Episcopi & mart. Oratio.

**D**eus, qui nos beati Polycarpi  
martyris tui atque pótificis, an-

nua solénitate lätificas: concede pro-  
pitius, vt cuius natalitia colimus, de  
eiusdem etiam protectione gaudem-  
us. Per Dñm.

Secreta.

Munera tibi Domine, dicata san-  
ctifica, & intercedente beato Polycat-  
po martyre tuo atque Pontifice, per  
eadem nos placatus intende. Per Do-  
minum.

Postcommunio.

Hæc nos communio Domine pur-  
get à criminè: & intercedente beato  
Polycarpo martyre tuo atque ponti-  
fice, cælestis remedij faciat esse con-  
fortes. Per Dominum nostrum.

In f. sto S. Ioannis Chrysostomi Episcopi  
& confessoris.

Oratio.

**E**ccliam tuam, quæsumus Do-  
mine, gratia cælestis amplificet:  
quam beati Ioannis Chrysostomi co-  
fessoris tui atque pontificis, illustrare  
voluisti gloriolis meritis & doctri-  
nis. Per Dñm.

Secreta.

Sancti pontificis tui Ioannis Chry-  
sostomi, nobis Domine pia non de-  
sit oratio: quæ & munera nostra con-  
ciliat, & tuam nobis indulgentiæ sem-  
per obtineat. Per.

Postcommunio.

Vt nobis Domine tua sacrificia dæt  
salutem, beatus Ioannes Chrysostomus  
pontifex tuus, & Doctor egregius  
quæsumus prelator accedat.  
Per Dominum.

S. Agnetis secundo.

Oratio.

**D**eus, qui nos annua beatæ Agne-  
tis virginis & martyris tuæ sole-  
nitate lätificas: da, quæsumus, vt quæ  
veneramur officio, etiam piæ conuer-  
sationis sequamur exemplo. Per Do-  
minum.

Secre-

Secreta.

Super has quæsumus Domine, ho-  
stias benedictio copiosa descendat:  
quæ & sanctificationem nobis clem-  
menter opererur, & de martyru nos  
solemnitate laetificet. Per Dominum  
noscum.

Postcommunio.

Sumpsimus Domine celebritatis  
annua votiva sacramenta: præsta  
quæsumus, vt & temporalis vita no-  
bis remedia præbeant, & eternæ. Per  
Dominum.

F E B R V A R I V S.

In festo sancti Ignatij Episcopi & mart.

Oratio.

D Eus qui nos beati Ignatij mar-  
tyris tui atque pontificis annua  
solemnitate laetificas: concede propi-  
tius, vt cuius natalitia colimus, de  
eiusdem etiam protectione gaudea-  
mus. Per.

Secreta.

Munera tibi Domine dicata sancti-  
fica: & intercedente beato Ignatio  
martyre tuo atque pontifice, per ea-  
dem nos placatus intende. Per Do-  
minum.

Postcommunio.

Hæc nos communio Domine pur-  
get à crimine, & intercedente beato  
Ignatio martyre tuo atque pontifice,  
celestis remedijs faciat esse confortes.  
Per Dominum.

In festo Purificationis Beate Marie.

In benedictione candelarum. Oratio.

D Omine sancte Pater omnipotens  
æterne Deus, qui omnia  
ex nihilo creasti: & iussu tuo per ope-  
ra apum huc liquorem ad perfectio-

nem cerei euenire fecisti: & qui ho-  
dierna die petitionem iusti Simeonis  
implesti: te humiliter deprecamur: vt  
has candelas ad vias hominum, & sa-  
nitatem corporum & animarum, si-  
ue in terra, siue in aquis, per inuoca-  
tionem tui sanctissimi nominis, & per  
intercessionem beatæ Mariæ semper  
Virginis, cuius hodie festa deuote ce-  
lebrantur: & per preces omnium san-  
ctorum tuorum, bene & dicere, & san-  
cti & sificare; digneris: & huius plebis  
tuæ, que illas honorificè in manibus  
desiderat portare, teque cantando lau-  
dare, exaudiás voces de cælo sancto  
tuo, & de sede maiestatis tuæ: & pro-  
pitius sis omnibus clamoribus ad te:  
quos redemisti pretioso sanguine fi-  
lii tui. Quitecum viuit & regnat.

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus,  
qui hodierna die vnigenitum tuum  
vñis sancti Simeonis in templo san-  
cto tuo suscipiendum præsentasti:  
tuam supplices deprecamur clemen-  
tiam, vt has candelas, quas nos tuis fa-  
muli, in tui nominis magnificientia  
suscipientes, gestare cupimus, luce ac-  
censas: bene & dicere, & sancti & sifica-  
re, atque lumine supernæ benedictio-  
nis accendere digneris: quatenus  
eas tibi Domino Deo nostro offe-  
rendo digni, & sancto igne dulcis-  
simæ charitatis tuae succensi, in tem-  
plo sancto gloriae tuae repræsentari  
mereamur. Per eundem Dominum  
noscum.

Oratio.

Domine Iesu Christe, lux vera, qui  
illuminas omnem hominem venien-  
tem

tem in hunc mundum : effunde be-ne ✠ dictionem tuam super hos cereos: & sancti ✠ sica eos lumine gratia tuae: & concede propitius: ut sicut haec luminaria igne visibili accensa, nocturnas depellunt tenebras : ita corda nostra inuisibili igne , id est, sancti Spiritus splendore illustrata, omnium vitiorum cæcitatem careant: vt purgato mentis oculo, ea cernere possumus, quæ tibi sunt placita , & nostræ saluti sunt utilia : quarenus post huius seculi caliginosa discrimina, ad lucem indeficientem peruenire mereamur: per te Christe Iesu Salvator mundi , qui in Trinitate perfecta viuis & regnas Deus: per omnia secula seculorum, Amen.

## Oratio,

Omnipotens sempiterne Deus, qui per Moysem famulum tuum, purissimum olei licorem ad luminaria ante conspectum tuum iugiter concinnanda præparari iusisti : be-ne ✠ dictionis tuae gratiam super hos cereos benignus infunde: quantum sic administrent lumen exteriis, vt te donante lumen spiritus tui, nostris non delit mentibus interius: Per Dominum nostrum Iesum Christum.

## Oratio.

Dominе Iesu Christe, qui hodierna die in nostræ carnis substantia inter homines apparens, à parentibus in templo es præsentatus: quem Simeon venerabilis senex , lumine spiritus tui irradiatus , agnouit, suscepit, & benedixit: præsta propitiatus: vt eiusdem spiritus sancti gratia

illuminati atque edocti, te veraciter agnoscamus, & fideliter diligamus: Qui cum Deo Patre in unitate eiusdem spiritus sancti viuis & regnas Deus: per omnia secula seculorum. Amen.

## Oratio.

Exaudi, quæsumus Domine, plebem tuam : & quæ extrinsecus annua tribuis deuotione venerari, interioris assequi gratia tuae luce concede. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

In festo Purificationis Beate Marie virginis.

## Oratio.

O Mnipotens sempiterne Deus, maiestatem tuam supplices exoramus: vt sicut unigenitus filius tuus hodierna die cum nostræ carnis substantia in templo est præsentatus: ita nos facias purificatis tibi mentibus præsentari. Per eundem Dominum.

## Secreta.

Exaudi Domine preces nostras: & vt digna sint munera , quæ oculis tuae maiestatis offerimus, subsidium nobis tuae maiestatis impende. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

## Postcommunio.

Quæsumus Domine Deus noster: vt sacrosancta mysteria, quæ proparationis nostræ munimine contulisti, intercedente beata Maria semper Virgine , & præsens nobis remedium esse facias, & futurum. Per Dominum.

S. Blesij Episcopi & martyris. Oratio.

Deus, qui nos, &c. vt in comm. viii  
martyris pontif.

## Orationes

In festo S. Agathæ virg. & mar. Oratio.

**D**eus, qui inter cætera potentiae  
tuæ mitacula, etiam in sexu fra-  
gili victoriam martyrij contulisti: con-  
cede propitius: vt, qui beatæ Agathæ  
virginis & martyris tuæ natalitia colim-  
mus, per eius ad te exempla gradia-  
mur. Per Dñm. *Secreta.*

Suscipe Domine munera, quæ in  
beatæ Agathæ virginis & martyris  
tuæ solennitate deferimus: cuius nos  
confidimus patrocinio liberari. Per  
Dominum. *Postcommunio.*

Auxilientur nobis Domine sum-  
pta mysteria: & intercedente beata  
Agatha virgine & martyre tua, sem-  
piterna protectione confirment. Per  
Dominum.

S. Dorotheæ virg. & mart. *Oratio.*

Indulgentiam nobis, &c. vt in com-  
muni virginis & martyri.

S. Apollonie virg. & mart. *Oratio.*

Deus, qui inter cætera, &c. vt in com-  
muni virgi. & mart.

S. Valentini presbyte. & mart. *Oratio.*

**P**resta, quæsumus omnipotens  
Deus: vt, qui beati Valentini martyris  
tui natalitia colimus, à cunctis ma-  
lis imminentibus, eius intercessione li-  
beremur. Per Dñm. *Secreta.*

Oblatis, quæsumus Domine, pla-  
re muneribus: & intercedente beato  
Valentino martyre tuo, à cunctis nos  
defende periculis. Per Dominum no-  
strum. *Postcommunio.*

Sit nobis Dñe reparatio mentis &  
corporis cælestè mysterium: vt cuius  
exequimur actionem, sentiamus effe-  
ctum. Per Dominum.

SS. Martyrum Faustini & Iouite.

*Oratio.*

Deus, qui nos annua, &c. vt in cōmu-  
ni pluri. mart.

S. Simonis Episcopi & mart. *Oratio.*

Infirmitatem nostram, &c. de commu-  
ni viuius martyris pontificis.

In Cathedra Antiochena S. Petri Apostoli-  
li orationes dicuntur sicut in festo Ca-  
thedrae Romanae, vt supra.

In vigilia S. Mathie Apostoli. *Oratio.*

Da, quæsumus omnipotens Deus,  
&c. vt in communii Apostolorum.

In festo S. Mathie Apostoli. *Oratio.*

**D**eus, qui beatum Matthiā Apo-  
stolorum tuorū collegio socia-  
sti: tribue, quæsumus, vt eius interuen-  
tione, tuæ circa nos pietatis semper  
viscera sentiamus. Per Dominum no-  
strum. *Secreta.*

Hostias tibi Domine quas nomini  
tuo sacrandas offerimus, sancti Mat-  
thiæ prosequatur oratio: per quā nos  
expiari facias & defendi. Per Dñm  
nostrum. *Postcommunio.*

Præsta, quæsumus omnipotēs De:  
vt per hæc sancta, quæ sumpsimus, in-  
terueniente beato Matthia Apostolo  
tuo, veniam consequamur & pacem,  
Per Dominum.

## M A R T I .

In festo S. Thomæ de Aquino. *Oratio.*

**D**eus, qui Ecclesiam tuam beati  
Thomæ cōfessoris tui mira eru-  
ditione clarificas, & sancta operatio-  
ne fœcundas: da nobis, quæsumus, &  
quæ docuit intellecta conspicere, &  
quæ

qua<sup>e</sup> egit, imitatione complere. Per  
Pro commemoratione sanctorum martyrum  
Perpetuae & Felicis. Oratio.

**D**A nobis, quæsumus Domine,  
Sanctorum martyrum tuarum Perpetuae & Felicitatis palmas incessibili  
Veneratione venerari: ut quæ digna  
mente nō possumus celebrare, humili-  
bus saltem frequentemus obsequiis.  
Per Dominum.

*Secreta.*  
Sancti Thomæ confessoris tui atq;  
doctoris nobis Domine pia non delit  
oratio: quæ & munera nostra conci-  
liat, & tuam nobis indulgentiam sem-  
per obtineat. Per.

*Secreta.*  
Intende quæsumus Domine, mune-  
ra altaris tuis pro sanctarum mar-  
tyrum tuarum Perpetuae & Felicitatis  
festiuitate proposita: vt, sicut per  
hæc beata mysteria illis gloriam con-  
tulisti: ita nobis indulgentiam largia-  
sis. Per Dominum nostrum Iesum  
Christum.

*Postcommunio.*  
Ut nobis Dñe tua sacrificia dent sa-  
lutem, beatus Thomas cōfessor tuus  
& doctor egregius, quæsumus, pre-  
ceptor accedat. Per Dñm.

*Postcommunio.*  
Præsta nobis, quæsumus Domine:  
intercedentibus sanctis martyribus  
tuis Perpetuae & Felicitate: vt quod o-  
ore contingimus, pura mente capia-  
mus. Per.

*In festo SS. Quadragesima mart.*

*Oratio.*  
Præsta, quæsumus omnipotens  
Deus: vt, qui glorioſos martyres,  
fortes in sua cōfessione cognouimus,  
pios apud te in nostra intercessione  
fentia nūs. Per Dñm.

*Secreta.*  
Sacrificiis præsentibus, quæsumus

Dñe, intende placatus: vt interceden-  
tibus sanctis martyribus tuis, & devo-  
tioni nostræ proficiant, & saluti. Per  
Dominum.

*Postcommunio.*  
Quæsumus omnipotens Deus: vt  
illius salutaris capiamus effectum: cuius  
per hæc mysteria pignus accepi-  
mus. Per Dominum.

*In festo S. Gregorij Papæ & confessoris,*  
*& doctoris Ecclesie.*

*Oratio.*  
Deus, qui animæ famuli tui Gre-  
gorij & eternæ beatitudinis præ-  
mia contulisti: concede propitius: vt  
qui peccatorum nostrorum ponde-  
re premimur, eius apud te precibus  
subleuemur. Per Dñm.

*Secreta.*  
Annue nobis, quæsumus Dñe: vt  
in intercessione beati Gregorij hæc no-  
bis prospic oblatio, quam immolando,  
totius mundi tribuisti relaxari deli-  
cta. Per Dominum.

*Postcommunio.*  
Deus, qui beatum Gregorium pō-  
tificem tuum, sanctorum tuorum mō-  
ritis & cœquastri: concede propitius: vt  
qui commemorationis eius festa re-  
colimus, vita quoque imitemur exē-  
pla. Per Dominum.

*In festo S. Ioseph confes.*

*Oratio.*

*S*anctissimæ genitricis tua sponsi,  
quæsumus Domine, meritis adiu-  
uemur: vt, quod possibilitas nostra nō  
obtinet, eius nobis intercessione do-  
netur. Qui viuis.

*Secreta.*

Debitum tibi Domine nostra redi-  
dimus seruitutis, suppliciter exoran-  
tes: vt suffragiis beati Ioseph sponsi  
genitricis filij tui Iesu Christi Dom-  
ininostris in nobis tua munera tutari:  
ab cuius venerandam festiuitatem,

Iaudis tibi hostias immolsimus. Per  
Dominam.

Adesto nobis, quæsumus misericors  
Deus: & intercedete pro nobis beato  
Ioseph confessore tuo, tua circa nos  
propitiatus dona custodi. Per Dñm.

In festo S. Benedicti Abbatis. Oratio.

Intercessio nos, &c. ut in communione  
Abbatum.

In festo Annuntiationis beatæ Marie Vir-  
ginis. Oratio.

**D**eus, qui de beatæ Mariæ Virgi-  
nis eterno verbum tuum, Angelo  
nuntiante, carnem suscipere voluisti:  
praesta supplicibus tuis: vt, qui vere eā  
Dei genitricē credimus, eius apud te  
intercessionibus adiuuemur. Per eundem  
Dominum.

In mentibus nostris, quæsumus Do-  
mine, veræ fidei sacramenta cōfirma:  
vt, qui conceptum de virgine Deū ve-  
rum & hominem cōfitemur, per eius  
dem salutiferæ resurrectionis poten-  
tiam, ad æternam mīcram perueni-  
re lēxitiam. Per eundem Christū Do-  
minum.

Gratiā tuā Domine in mentibus  
nostris infunde: vt, qui Angelo nuntia-  
te, Christi filij tui incarnationem co-  
gnouimus, per passionem eius & Cru-  
cēm ad resurrectionis gloriam perdu-  
camur. Per eundem.

A P R I L I S

In festo S. Leonis Pape & confessoris.  
Oratio.

**E**xaudi, quæsumus Domine, pre-  
ces nostras, quas in beati Leonis

confessoris tui, atque pontificis solen-  
nitate deferimus: & qui tibi dignè me-  
ruit famulari, eius intercedētibus me-  
ritis, ab omnibus nos absolve pecca-  
tis. Per Dominum.

Sancti Leonis confessoris tui, atque  
pontificis, quæsumus: Domine, annua  
solennitas pietati tuae nos reddat ac-  
ceptos: vt per hæc piæ placationis of-  
ficia, & illum beata retributio comite-  
tur, & nobis gratia tuae dona cōciliet.  
Per Dominum.

Post communio.

Deus fidelium remunerator ani-  
marum, præsta: vt beati Leonis con-  
fessoris tui atque pontificis, cuius ve-  
nerandam célébramus festivitatem,  
precibus indulgentiam cōsequamur.  
Per Dominum.

S.S. Martyrum Tiburtij, & Valeriani,  
& Maximi.

Oratio.

Præsta, quæsumus omnipotēs Do:  
vt, qui sanctorum martyrum tuo-  
rum Tiburtij, Valeriani, & Maximi  
solennia colimus, eorum etiam virtu-  
tes imitemur. Per.

Hæc hostia, quæsumus Dñs, quam  
in sanctorum tuorum natalitiis recen-  
sentes offerrimus, & vincula nostræ  
prauitatis absoluat: & tuae nobis mi-  
sericordiae dona conciliet. Per Domi-  
num.

Sacro munere satiati, supplices te  
Dñe deprecamur: vt quod debite ser-  
uitutis célébramus officio, saluationis  
tuae sentiamus augmentum. Per Do-  
minum.

S. Aniceti Pape & mart.

Deus, qui nos beatil. &c. de cōmuni  
quius martyris tempore Paschali.

*In festo SS. Martyrum & Pontificum Sōtheris & Cuij.*

Oratio.

Beatorum martyrum tuorum pariterq; Pontificum, &c. ut in communione plurimorū martyrum tempore Paschali.

*In festo S. Georgij martyris.*

Oratio.

**D**eus, qui nos beati Georgij martyris tui meritis & intercessione letisicas: cōcede propitijs, vt quia tua per eum beneficia poscimus, dono tuae gratiae consequamur. Per Dominum.

*Secreta.*

Munera Domine obllata sanctifica: & intercedente beato Georgio martyre tuo, nos per hanc à peccatorum nostrorum maculis emunda. Per Dominum.

*Postcommunio.*

Supplices te rogamus omnipotēs Deus, vt quos tuis reficias sacramentis, intercedentē beato Georgio martyre tuo, tibi etiam placitis moribus dignanter tribuas deseruire. Per Dominum.

*In festo sancti Marci Euangeliste.*

Oro.

**D**eus, qui beatum Marcum Euāgelistam tuum euangelicę prædicationis gratia sublimasti: tribue quæsumus, eius nos semper & eruditio proficere, & oratione defendi. Per Dñm.

*Secreta.*

Beati Marci Euangelistæ tui solennitate tibi munera deferentes, quæsumus Dñe vt sicut illi prædictio Euāgelica fecit gloriolum: ita nos eius in intercessione & verbo & opere tibi reddat acceptos. Per.

*Postcommunio.*

Tribuat nobis quæsumus Domine, continuum tua sancta præsidium: quo beati Marci Euangelistæ tui pre-

cibus nos ab omnibus semper tueretur aduersis. Per Dominum.

*In festo SS. Cleti & Marcellini Pontificum & Martyrum.*

Oratio.

**B**eatorum martyrum, pariterque pontificum Cleti & Marcellini, nos Domine, scueat pretiosa confessio: & pia iugiter intercessio tueatur. Per Dñm.

*Secreta.*

Adesto Domine supplicationibus nostris, quas in sanctoru[m] tuorum cōmemoratione deferimus: vt qui nostræ iustitiae fiduciam non habemus, corum qui tibi placuerūt meritis adiuuemur. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

*Postcommunio.*

Quæsumus Dñe salutaribus repletū mysteriis, vt quorum solennia celebramus, eorum creationibus adiuuemur. Per Dominum.

*S. Vitalis martyris.*

Oratio.

Præsta quæsumus omnipotens Deus, vt qui beati, &c. ut in communione martyris tempore Paschali.

**M A I V S.**

*In festo SS. Apostolorum Philippi & Iacobii.*

Oratio.

**D**eus qui nos annua Apostoloru[m] tuorum Philippi & Iacobii solennitate latificas, præsta quæsumus: vt quorum gaudemus in eritis instruimus exemplis. Per Dominum nostrum.

*Secreta.*

Munera Dñe, quæ pro Apostoloru[m] tuorum Philippi & Iacobii solennitate deferimus, propitijs suscipe: & mala omnia quæ meremur auerte. Per.

**D 2**

*Post-*

## Postcommunio. Oratio.

Quæsumus Domine salutari bus replete mysteriis, ut quorum solenia celeb ramus, eorum orationibus adiu uemur. Per Dominum.

*In festo S. Athanasij Epis. op. & confes.*

## Oratio.

**E**xaudi quæsumus Dñe preces nostras: quas in beati Athanasij confessoris tui atque pontificis solennitate deferimus: & qui tibi dignè meruit famulari, eius intercedéntibus meritis, ab omnibus nos absoluere peccatis. Per Dominum.

*Sancti Athanasij confessoris tui atque pontificis, quæsumus Domine, annua solennitas pietati tuæ nos reddat acceptos: ut per hæc piæ plationis officia, & illum beata retributio comittetur, & nobis gratiæ tuæ dona conciliet. Per Dominum.*

*Postcommunio.*

Deus fidelium remunerator animarum, præsta, ut beati Athanasij confessoris tui atque pontificis, cuius venerandam celeb ramus festiuitatem, precibus indulgentiâ consequamur. Per Dominum.

*In festo Inuentionis S. Crucis Oratio.*

**D**eus, qui in præclara salutiferæ Crucis Inuentione, passionis tuæ miracula suscitasti, concede ut vitalis lignirecio, atque vita suffragia consequamur. Qui viuis, nescias mitemus.

*Postcommunio. S. Martirij Alexandri, Euentij, Theoduli, atque Iuuenalis. Oratio.*

**P**rosta quæsumus omnipotens Deus, ut qui sanctorum tuorum Alexandri, Euentij, Theoduli, atque

Iuuenalis, natalitia colimus à cunctis malis imminentibus, eorum intercessoribus liberemur. Per Dominum nostrum.

*Secreta.* **S**acrificium Dñe, quod tibi immolamus placatus intende, ut ab omnibus errant bellorum nequitia: & per vexillum sancte Crucis filij tui ad cōterendas aduersariorum infidias nos in tuæ protectionis securitate constituant. Per eundem.

*Secreta.* Super has hostias quæsumus Dñe, benedictio copiosa descendat: quæ & sanctificationem nobis clementer operetur, & de sanctorum nos solennitate laetificet. Per Dominum nostrum.

*Postcommunio.*

Repletia alimonia celesti, & spiritali poculo recreati, quæsumus omnipotens Deus, ut ab hoste maligno nos defendas: quos per lignum sanctæ Crucis, filij tuarum iustitiae, pro salute mundi triumphare iuisti. Per eundem Dominum.

*Postcommunio.*

Refecti participatione munieris sacri, quæsumus Domine Deus noster: ut quorum exequitur cultum, sentiamus effectum. Per Dominum.

*S. Monicæ viduae. Oratio.*

**E**xaudi nos De salutaris noster, ut sicut de beatæ Monicæ festiuitate gaudemus: ita piæ devotionis erudiamur affectu. Per.

*Secreta.*

Accepta tibi sit Dñe sacrate plebis oblatione, propter honorē sanctorum: quorū se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per Dominum.

*Postcommunio.*

Satisfi Dñe familiam tuam mu-

neria

meribus sacriss: eius quæsumus semper interuentione nos refoue: cuius solennia celebramus. Per Dominum nostrum.

*In festo S. Ioannis ante portam Latinam*  
Oratio.

**D**eus, qui conspicis quia nos vndeique mala nostra perturbant: presta, quæsumus: ut beati Ioannis Apostoli tui intercessio gloria nos protegat. Per Dñm.

*Secreta.*  
Muneribus nostris, quæsumus Dñe precibusq; suscepisti: & cælestib' nos munda mysteriis, & clementer exaudi. Per Dñm.

*Postcommunio.*  
Refecti Domine pane cælesti: ad vitam quæsumus, nutriamur æternâ. Per Dominum.

*In festo Apparitionis S. Michaelis Archangeli.*  
*Oratio.*

**D**eus, qui miro ordine, angelorū ministeriâ, hominumque dispesas: concede propitius: ut quibus tibi ministrantibus in cælo semper assistitur: ab his in terra vita nostra munatur. Per Dñm.

*Secreta.*  
Hostias tibi Domine laudis offerimus, suppliciter deprecantes, vt easdem angelico pro nobis intercedere suffragio, & placatus accipias, & ad salutem nostram prouenire cōcedas. Per Dominum.

*Postcommunio.*  
Beati Archangelitui Michaelis intercessione suffulti, supplices te Dñe deprecamur: ut, quod ore prosequimur, contingamus & mente. Per Dominum.

*L*etatu S. Gregorij Nazianzeni Episcopi & coniectoris.  
*Oratio.*

Deus, qui populo tuo, &c. de cœmuni doctorum.

SS. Gordiani & Epimachi marty. Oratione.

**D**a, quæsumus omnipotens Deus: vt qui beatorum martyrum tuorum Gordiani, & Epimachi solennia colimus, eorum apud te intercessiōibus adiuue mur. Per Dominum nostrum.

*Secreta.*

Hostias tibi Domine beatorū martyrum tuorum Gordiani & Epimachi, dicatas meritis benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per Dominum nostrum.

*Postcommunicatio.*

Quæsumus omnipotens Deus: vt, qui cælestia alimenta percepimus, in tercedentibus sanctis tuis Gordiano & Epimacho, per hæc contra omnia aduersa muniamur. Per Dñm.

SS. Nerci, Archilei, atque Päcratij mart.

*Oratio.*

**S**empre nos Domine sanctorum martyrum tuorum Nerci, Archilei, atque Päcratij foueat, quæsumus, beata solennitas: & tuo digno redat obsequio. Per Dominum nostrum.

*Secreta.*

Sanctorū martyrum tuorum, quæsumus Domine Nerci, Archilei, atq; Pancratij sit tibi grata cōfessio: que & munera nostra commendet: & tuam nobis indulgentiam semper implore. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

*Postcommunicatio.*

Quæsumus Domine: vt beatorum martyrum tuorum Nerci, Archilei, atque Pancratij deprecationibus, la-

D 3 cra-

# Orationes

eramenta sancta, quæ sumptimur, ad tuæ nobis proficiant placationis augmentum. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

S. Bonifacij martyris. Oratio.

**D**A, quæsumus omnipotens Deus: vt, qui beati Bonifacij martyris tui natalitia colimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per Dominum num.

Secreta.

Muneribus nostris, quæsumus Domine precibusque suscepisti, & cælestibus nos munda mysteriis, & clementer exaudi. Per Dominum nostrum.

Postcommunio.

Refecti participatione munericis sacri, quæsumus Domine: vt cuius exequimur cultum, intercedente beato Bonifacio martyre tuo, sentiamus effectum. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

S. Potentiane virginis. Oratio.

Exaudi nos Deus salutaris noster, &c. de communi virginum.

S. Vrbani pape & martyris. Oratio.

**D**A, quæsumus omnipotens Deus: vt qui beati Vrbani martyris tui atque pontificis solenia colimus: eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Secreta.

Hæc hostia, quæsumus Domine, emundet nostra delicta: & ad sacrificium celebrandum, subditorum tibi corpora, mentesque sanctificet. Per Dominum.

Postcommunio.

Refecti participatione munericis sacri, quæsumus Domine Deus noster: vt cuius exequimur cultum, sentia-

mus effectum. Per Dominum nostrum.

S. Eleutherij pape & mart. Oratio.

Infirmitatem nostram, &c. vt in communi viuis mart. pontificis.

S. Ioannis pape & mart. Oratio.

Deus, qui nos beati, &c. vt in communi viuis mart. pontificis.

S. Felicis pape & mart. Oratio.

Infirmitatem nostram, &c. vt in communi viuis mart. pontificis.

S. Petronille virginis. Oratio.

Exaudi nos Deus salutaris noster, &c. de communi virgi. non mart.

I V N. I V S.

S. Marcellini, Petri, atque Erasmi, martyrum. Oratio.

**D**eus, qui nos annua beatorum martyrum tuorum Marcellini, Petri, atque Erasmi solennitate laetificas: praesta, quæsumus: vt quoru gaudemus meritis, prouocemur exēplis. Per Dominum.

Secreta.

Hæc hostia, quæsumus Domine, quam in sanctorum martyrum tuorum natalitiis recensentes offerimus, & vincula nostre prauitatis absoluat, & tuæ nobis misericordiae dona conciliat. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Postcommunio.

Sacro munere satiati supplices te Domine deprecamur: vt, quod debitis seruitutis celebramus officio, salvationis tuæ sentiamus augmentum. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

## SS. Martyrum Primi &amp; Feliciani.

Oratio.

**F**ac nos, quæsumus Domine, sanctorum martyrum tuorum Primi & Feliciani semper festa seculari: quorum suffragiis protectionis tuae dona sentiamus. Per Dñm. *Secreta.*

Fiat tibi quæsumus Dñe hostia sacranda placabilis pretiosi celebritate martyrij: quæ & peccata nostra purificet, & tuorum tibi vota conciliat famulorum. Per Dñm. *Postcommunio.*

Quæsumus omnipotens Deus, ut sanctorum martyrum tuorum Primi, & Feliciani, cælestibus mysteriis celebrata solennitas indulgentiæ nobis tuae propitiationis acquirat. Per. *In festo S. Barnabæ Apostoli.* *Oratio.*

**D**E, qui nos beati Barnabæ Apostoli tui, meritis intercessione lætificas: cõcede propitijs, ut qui tua per eum beneficia poscimus, dono tuae gratiæ consequamur. Per Dominum. *Secreta.*

Munera Domine oblata sanctifica: & intercedente beato Barnaba Apostolo tuo, nos per hæc à peccato rum nostrorum maculis emunda. Per Dominum. *Postcommunio.*

Supplices te rogamus omnipotës Deus, vt quos tuis reficis sacramen-tis, intercedente beato Barnaba Apostolo tuo, tibi etiam placitis moribus dignanter tribuas deseruire. Per Dominum.

SS. Martyrum Basiliidis, Cyrini, Naboris, & Nazarij. *Oratio.*

**S**anctorum martyrum tuorum Basiliidis, Cyrini, Naboris, atque Na-

zarij, quæsumus Domine, natalitia nobis votiva resplendeant: & quod illis contulit excellentia sempiterna, fructibus nostræ deuotionis accrescat. Per Dominum. *Secreta.*

Pro sanctorum tuorum Basiliidis, Cyrini, Naboris, atque Nazarij, sanguine venerando, hostias tibi Domine solenniter immolamus, tua mirabilia pertractantes, per quem talis est perfecta victoria. Per Dominum nostrum. *Postcommunio.*

Semper Domine sanctorum martyrum tuorum Basiliidis, Cyrini, Naboris, atque Nazarij solennia celebrætes, præsta quæsumus, ut eorum patrocinia iugiter sentiamus. Per Dominum.

*In festo S. Basiliij Episcopi & confess.*  
*Oratio.*

**E**Xaudi quæsumus Dñe, preces nostras, quas in beati Basiliij confessoris tui atque Pontificis solennitate deferimus: & qui tibi dignè meruit famulari, eius intercedentibus meritis ab omnibus nos absolue peccatis. Per Dominum. *Secreta.*

Sancti Basiliij confessori sui atque pontificis, quæsumus Dñe, annua solennitas pietati tuae nos reddat acceptos: vt per hæc piæ placationis officia, & illum beata retributio comicitur, & nobis gratiæ tuae dona conciliat. Per Dominum. *Postcommunio.*

Deus, fidelium remunerator animarum, præsta: vt beati Basiliij confessoris tui atq; pontificis, cuius venerandæ celebramus festiuitatē, precibus indulgentiam consequamur. Per Dñm,

# Orationes

SS. Martyrum, Viti, Modesti, atque Cres-  
centie. Oratio.

**D**A Ecclesiæ tuæ, quæsumus Do-  
mine, sanctis martyribus tuis  
Vito, Modesto, atque Crescentia, in-  
tercedentibus, superbè non sapere,  
sed tibi placita humilitate proficere:  
vt proterua despiciens, quæcumque  
matura sunt, libera exerceat chari-  
te. Per Dominum. Secreta.

Sicut gloriam diuinæ potētiæ mu-  
nera pro sanctis oblata testantur: sic  
nobis effectum Domine, tuæ salua-  
tionis impendant. Per Dominum no-  
strum. Postcommunio.

Refecti Domine benedictione so-  
lenni quæsumus: vt per intercessionem  
sanctorum martyrum tuorum Viti,  
Modesti, & Crescentiae, medicina sa-  
cramenti, & corporibus nostris pro-  
fit & mentibus. Per Dominum no-  
strum.

SS. Martyrum Marci, & Marcelliani.  
Oratio.

**P**resta quæsumus omnipotēs De⁹,  
vt qui sanctorum martyrum tuo-  
rum Marci & Marcelliani, natalitia  
colimus: à cunctis malis imminentib⁹,  
eorum intercessionibus libere-  
mur. Per Dominum nostrum Iesum  
Christum. Secreta.

Munera tibi Domine dicata sancti-  
fica: & intercedentibus sanctis marty-  
ribus tuis Marco, & Marcelliano, per  
eadem nos placatus intende. Per Do-  
minum. Postcommunio.

Salutaristui Domine munera satia-  
ti, supplices exoramus: vt quoru⁹ lata-  
mur gustu, renouemur effectu. Per.

SS. Martyrum Geruasij & Protasi⁹.  
Oratio.

**D**EUS, qui nos annua sanctorum  
martyrum tuorum Geruasij &  
Protasi⁹ solennitate letificas: concede  
propitius, vt quorum gaudemus me-  
ritis accendamur exemplis. Per Do-  
minum. Secreta.

Oblatis quæsumus Dñe, placare  
muneribus, & intercedentibus san-  
ctis tuis, à cunctis nos defende petitu-  
lis. Per Dominum. Postcommunio.

Hec nos communio Domine, pur-  
get à crimine, & intercedentibus san-  
ctis martyribus tuis Geruasio & Pro-  
tasio, cœlestis remedij faciat esse con-  
sortes. Per Dominum.

S. Syluerij Pape & martyris. Oratio.

**I**Nfirmitatem nostrā respice omni-  
potens Deus, & quia pondus pro-  
priæ actionis grauat, beati Syluerij  
martyris tui atque pontificis interces-  
sio gloria nos protegat. Per Domi-  
num. Secreta.

Hostias tibi Domine beati Syluerij  
martyris tui atque Pontificis dicatas  
meritis benignus assume: & ad perpe-  
tuum nobis tribue prouenire subsi-  
dium. Per Dominum nostrum Iesum  
Christum. Postcommunio.

Refecti participatione muneri sa-  
cri, quæsumus Domine Deus noster:  
vt cuius exequimur cultum, sentia-  
mus effectum. Per Dominum no-  
strum.

S. Paulini Episcopi & confess. Oratio.

**D**A, quæsumus omnipotēs Deus:  
vt beati Paulini confessoris tui  
atque Pontificis veneranda solenni-

tas, & denotionem nobis augeat, & salutem. Per Dominum. *Secreta.*

**S**ancti tui, quæsumus Domine, nos vbique lætificant: ut dum eorum me rita recoliimus, patrocinia sentiamus. Per Dominum. *Postcommunio.*

**P**ræsta quæsumus omnipotens Deus: vt de perceptis muneribus gratias exhibentes: intercedente beato Paulino confessore tuo atque pontifice, beneficia potiora sumamus. Per Dominum.

*In Vigilia S. Ioannis Baptiste. Oratio.*

**P**ræsta quæsumus omnipotens Deus, vt familia tua per viam salutis incedat: & beati Ioannis precur foris, hortamenta sectando, ad eum quem prædictis, secura perueniat. *Dominum nostrum.* *Secreta.*

Munera Domine oblata sanctifica, & intercedente beato Ioanne Baptista, nos per hæc à peccatorum nostrorum maculis emunda. Per Dominum.

*Postcommunicatio.*  
Beati Ioannis Baptiste nos Domine præclaras comitetur oratio: & quæ venturum esse prædictis poscat nobis fore placatum. Dominum nostrum. *In Nativitate S. Ioannis Baptiste.*

*Oratio.*  
**D**eus, qui præsentem diem honorabilem nobis in beati Ioannis nativitate fecisti: da populis tuis spiritualium gratiam gaudiorum: & omnium fidelium mentes dirige in viam salutis æternæ. Per Dominum nostrum. *Secreta.*

Tua Domine muneribus altaria cumulamus, illius nativitatem hono-

re debito celebrantes: qui salvatorē mundi, & cecinit affuturum, & adesse monstrauit. Dominum nostrum.

*Postcommunio.*

Sumat Ecclesia tua Deus beati Ioannis Baptiste generatione lætitia: per quem suæ regenerationis cognovit auctorem. Dominum nostrum.

*In festo SS. Martyrum Ioannis & Pauli.*

*Oratio.*

**Q**uæsumus omnipotens Deus, vt nos geminata lætitia hodie næ festiuitatis excipiat, que de beatorum martyrum Ioannis & Pauli glorificatione procedit: quos cædeus fides & passio, verè fecit esse germanos. Per Dominum nostrum Iesum Christum. *Secreta.*

Hostias tibi Domine, sanctorum martyrum tuorum Ioannis & Pauli dicatas meritis benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per Dominum nostrum. *Postcommunicatio.*

Simplicius Domine sanctorum martyrum tuorum Ioannis & Pauli, solennia celebrantes, sacramenta cœlestia: præsta quæsumus, vt quod temporaliter gerimus, æternis gaudiis cōsequamur. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

*In festo S. Leonis Papæ & Confessoris.*

*Oratio.*  
**D**eus qui beatum Leonem Pontificem tuum, sanctorum tuorum meritis coæquasti: cōcede propitius, vt qui commemorationis eius festa percolimus, vite quoque imite mur exempla. Per Dominum.

*Secreta.*

Annue nobis quæsumus Domine,  
vt intercessione beati Leonis hęc no-  
bis profit oblatio: quam immolando  
totius mundi tribuisti relaxari deli-  
cta. Per Dominum. *Postcommunio.*

De<sup>o</sup>, qui animæ famuli tui Leonis,  
æternæ beatitudinis præmia contuli-  
sti: concede propitius, vt qui peccato-  
rum nostrorum pondere præmimur  
eius apud te precibus subleuemur.  
Per Dominum.

*In Vigilia Apostolorum Petri & Pauli.*  
*Oratio.*

**P**Ræsta quæsumus omnipotens  
Deus, vt nullis nos permittas per-  
turbationibus concuti: quos in Apo-  
stolicæ confessionis petra solidasti.  
Per Dñm. *Secreta.*

Munus populi tui, quæsumus Do-  
mine Apostolica intercessione sancti-  
fica: nosque à peccatorum nostro-  
rum maculis emunda. Per Dominū  
nōstrum. *Postcommunio.*

Quos cælesti Domine alimento  
satiasti, apostolicis intercessionibus  
ab omni aduersitate custodi. Per Do-  
minum nōstrum.

*In festo Apostolorum Petri & Pauli.*  
*Oratio.*

**D**EUS, qui hodiernam diem Apo-  
stolorum tuorum Petri & Pau-  
li martyrio consecrasti: da Ecclesiæ  
tuæ, eorum in omnibus sequi præce-  
ptum: per quos religionis sumpsit  
exordium. Per Dñm. *Secreta.*

Hostias Dñe quas nomini tuo fa-  
candas offerimus, apostolica prose-  
quatur oratio: per quam nos expiari

tribuas & defendi. Per Dominum nō-  
strum. *Postcommunio.*

Quos cælesti Domine alimento sa-  
tiasti, Apostolicis intercessionibus  
ab omni aduersitate custodi. Per.

*In commemoratione S.Pauli.* *Oratio.*

**D**EUS, qui multitudinē gentium,  
beati Pauli Apostoli predicatio-  
ne docuisti: da nobis quæsumus, vt  
cuius natalitia colimus, eius apud te  
patrocinia sentiamus. Per Dñm.

*Pro commemoratione S.Petri.* *Oratio.*

**D**EUS qui beato Petro Apostolo  
tuo, collatis clauibus regni cele-  
stis, animas ligandi atque soluendi  
pontificium tradidisti: concede, vt in-  
tercessionis eius auxilio, à peccatorū  
nostrorum nexibus liberemur. Qui  
vivis. *Secreta.*

Apostoli tui Pauli precibus Domi-  
ne plebis tuae dona sanctifica: vt quæ  
tibi tuo grata sunt instituto gratiora  
fiant patrocinio supplicantis. Per Do-  
minum. *Secreta.*

Ecclesiæ tuae quæsumus Domine,  
preces & hostias, beati Petri Aposto-  
li tui commendet oratio: vt quod  
pro illius gloria celebramus, nobis  
prosit ad veniam. Per. *Postcommu-*

*Perceptis Dñe sacramentis, beatis  
apostolis interuenientibus depreca-  
mūr, vt quæ pro illorum celebrata  
sunt gloria, nobis proficiant ad mede-  
lam. Per Dominum. Postcommunia.*

Lētificet nos Dñe munus oblatū:  
vt sicut in Apostolo tuo Petro te mi-  
rabilem prædicamus: sic per illū tuæ  
sumamus indulgentiæ largitatē. Per  
Dominum.

## LV L I V S.

In octaua S. Ioannis Baptiste Oratio, ut supra in dic.

In festo visitationis B. Marie Virg. Ofo.

**F**Amulis tuis, quæsumus Domine, Cælestis gratiæ munus impertire: vt, quibus beatæ virginis partus extitit salutis exordium, visitationis eius votiuæ solennitas, pacis tribuat incrementum. Per Dominum.

Pro cōmemoratione SS. Martyrum Processi & Martiniani. Oratio.

**D**eus, qui nos sanctorum martyrum tuorum Processi & Martiniani gloriolis confessionibus circundas, & protegis: da nobis, & eorum imitacione proficeré, & intercessione gaudere. Per Dominum nostrum Iesum Christum. Secreta.

Vnigeniti tui Dñe nobis succurrat humanitas: vt, qui natus de virgine, matris intégritatem non minuit, sed sacravit, in visitationis eius solenniis nostris nos piaculis exuens, oblationem nostram sibi faciat acceptam. Iesus Christus Dominus noster. Qui tecum. Secreta.

Suscipe Domine preces & munera: quæ vt tuo sint digna conspectu, sanctorum tuorum precibus adiuvemur. Per Dñm. Postcommunio.

Sumpsumus Domine celebritatis annuæ votiuæ sacramenta: præsta, quæ sumus: vt temporalis vita nobis remedia præbeant, & æternæ. Per Dominum.

Corporis sacri, & pretiosi sanguinis repletæ libamine, quæsumus Do-

mine Deus hoster: vt, quod pia deuotione gerimus, certa redemptione capiamus. Per eundem Dominum nostrum.

Infra octauam Apostolorum Petri & Pauli. Oratio.

Deus, qui hodiernam diem, &c. ut supra in dic.

In octaua Apostolorum Petri & Pauli. Oratio.

**D**eus, cuius dextera beatum Petrum ambulante in fluctibus, ne mergeretur, erexit: & co apostolū eius Paulum tertio naufragantem, de profundo pelagi liberavit: exaudi nos propitius, & concede, vt amborū meritis æternitatis gloriam consequamur. Qui vivis. Secreta.

Offerimus tibi Domine preces & munera: quæ vt tuo sint digna conspectu, Apostolorum tuorum Petri & Pauli precibus adiuvemur. Per Dominum.

Protege Domine populum tuum: & Apostolorum tuorum Petri & Pauli patrocinio confidentem, perpetua defensione conserua. Per Dominum.

In festo SS. Martyrum septem fratrum, ac Rufine, & Secunde virginum, & martyrum. Oratio.

**P**resta, quæsumus omnipotens Deus: vt qui glorioſos martyres fortes in sua confessione cognovimus, pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per Dominaum nostrum.

Sacrificiis presentibus, quæsumus Domine, intende placatus: & inter-

cedentibus sanctis tuis, devotioni nostra proficiant & saluti. Per Dominum.

Postcommunio.

Quæsumus omnipotens Deus: vt intercedentibus sanctis tuis, illius salvatoris capiamus effectum, cuius per hæc mysteria pignus accepimus. Per Dominum.

S.P. Pape &amp; martyris. Oratio.

Infirmitatem nostram, &c. yt in commemoratione eiusdem martyris pontificis.

SS. Martyrum Naboris &amp; Felicis.

Oratio.

**P**ræsta, quæsumus Domine: vt si-  
cut nos sanctorum martyrum tuorum Naboris & Felicis natalitia celebra-  
nda non deserunt: ita iugiter suffragiis comitentur. Per Dominum nostrum.

Secretum.

Munera plebistuæ, quæsumus Domine sanctorum martyrum tuorum Naboris & Felicis fiant grata suffra-  
giis: & quorum triumphis tuo nomi-  
ni offeruntur, ipsorum digna perficiantur & meritis. Per Dominum nostrum.

Postcommunio.

Natalitiis sanctorum tuorum, quæ-  
sumus Domine, vt sacramenti mune-  
re vegetati bonis, quibus per tuâ gratiam nunc fouemur, perfruamur æter-  
nis. Per Dominum.

In festo S. Anacleti Pape &amp; martyris.

Oratio.

Deus, qui nos beati, &c. de commemo-  
ratione eiusdem martyris pontificis.

In festo S. Bonaventure Episcopi & con-  
fessoris. Oratio.

**E**xaudi, quæsumus Domine, pre-  
ces nostras, quas in beati Bonaventure

uenturæ confessoris tui, atque pontifi-  
cis solennitate deferimus: & qui ti-  
bi dignè meruit famulari, eius inter-  
cedentibus meritis, ab omnibus nos  
absolue peccaris. Per Dominum no-  
strum. Secretum.

Sancti Bonaventure confessoris tui  
atque pontificis, quæsumus Domine,  
annua solennitas pietati tuae nos  
reddat acceptos: vt per hæc piæ pla-  
cationis officia, & illum beata retri-  
butio coniatur, & nobis gratiae tuae  
dona conciliat. Per Dominum no-  
strum. Postcommunio.

Deus fidelium remunerator ani-  
marum, præsta, vt beati Bonaventure  
& confessoris tui atque pontificis, cu-  
jus venerandam celebramus festiuit-  
atem, precibus indulgentiam conse-  
quamur. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

S. Alexij confessoris. Oratio.

**D**eus, qui nos beati Alexij con-  
fessoris tui annua solennitate laeti-  
tias: concede propitius: vt cuius na-  
talitia colimus, etiam actiones imite-  
mur. Per Dm.

Laudis tibi Domine hostias immo-  
lamus, in tuorum commemoratione  
sanctorum: quibus nos & præsen-  
tibus ex ui malis confidimus, & futuris.  
Per Dominum nostrum Iesum Chri-  
stum. Postcommunio.

Refecti cibo, potuq; celesti, Deus  
noster, te supplices exoramus: vt in  
cuius hæc commemoratione percepi-  
mus eius muniamur & precibus. Per  
Dominum.

S. Synt.

S. Symphorosæ cum septem filiis martyribus.

Oratio.

**D**eus qui nos concedis sanctoru[m] martyrum tuorum Symphorosæ & filiorum, natalitia: colere: da nobis in æterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per. Secreta.

Munera tibi Domine nostræ devotionis offerimus: quæ & pro tuorū tibi grata sint honore iustorum, & nobis salutaria te misericordia reddantur. Per Dominum. Postcommunio.

Præsta nobis quæsumus Domine, intercedentibus sanctis martyribus tuis Symphorosa & filiis: ut quæ ore contingimus pura mente capiamus. Per Dominum.

S. Margarite virginis & martyris.

Oratio.

Indulgentiam nobis, &c. de communi[n]i yhr. & mart.

S. Praxedis virginis. Oratio.

**E**xaudi nos Deus salutaris noster, ut sicut de beatae Praxedis virginis tua festiuitate gaudemus, ita pia deuotionis erudiamur affectu. Per Dominum nostrum Iesum Christum. Secreta.

Accepta tibi sit Domine, sacrata plebis oblatione pro tuorum honore sanctorum: quorum se meritis percipie pisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per Dominum.

Satiasti Domine familiam tuam muneribus sacris, eius quæsumus, interuentione nos resoue, cuius solennia celebramus. Per Dominum nostrum.

In festo sancte Marie Magdalene. In festo sancte Marie Magdalene. Oratio.

**B**eatæ Mariæ Magdalenæ, quæsumus Domine, suffragiis adiuue mur: cuius precibus exoratus quadriuanum fratrem Lazarum viuum ab inferis resuscitasti. Qui viuis & regnas. Secreta.

Munera nostra, quæsumus Domine, beatæ Mariæ Magdalenæ gloriofa merita tibi reddant accepta: cuius oblationis obsequium vnigenitus filius tuus Clementer suscepit impensum. Qui tecum viuit. Postcommunio.

Sumpto, quæsumus Domine, unico ac salutari remedio, corpore scilicet & pretioso sanguine tuo, ab omnibus malis, sanctæ Mariæ Magdalenæ patrocinii eruamur. Qui viuis & regnas.

In festo S. Apollinaris Episcopi & martyris.

Oratio.

**D**eus fideliump remunetator animarum, quiq[ue] hunc diem beati Apollinaris sacerdotis tui martyrio consecrasti, tribue quæsumus nobis famulistuis, ut cuius venerandam celebramus festiuitatem, precibus eius indulgentiam consequamur. Per Dominum.

Secreta.

Respic Domine, propitius super haec munera, quæ pro beati sacerdotis & martyris tui Apollinaris commemoratione deferimus, & pro hostiis offensionibus immola mus. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Postcommunio.

Tua sancta fumenta quæsumus Domine, ut beati Apollinaris nos foreant.

ut int̄ continuatā præsidia: quia non  
definis propitius intueri, quos talibus  
auxiliis concesseris adiuuari. Per Do-  
minum.

In Vigilia S. Iacobi. Oratio.  
¶ Da quæsumus omnipotens Deus,  
&c. de communione vigilia missus Apostoli.  
Pro commemoratione S. Christi & virginis &  
martyris. Oratio.

¶ Indulgentiam, &c. de communione virgi-  
nis & martyris.

In festo S. Iacobi Apostoli. Oratio.

E Sto Domine plebi tue sanctifi-  
cator & custos, ut Apostoli tui  
Iacobi munera præsidii, & conuersa-  
tione tibi placeat, & secura mente de-  
seruat. Per Dominum.

Pro commemoratione S. Christophori mar-  
tyris. Oratio.

¶ Praesta quæsumus omnipotens Deo,  
vt qui beati, &c. de communione vi-  
nis martyris non Pontificis. Secreta.

O Blationes populi tui, quæsumus  
Domine beati Apostoli tui Ia-  
coli passio beata conciliet: & que no-  
stris non apta sunt meritis, sicut tibi  
placita eius deprecatione. Per Do-  
minum.

Beati Apostoli tui Iacobi, quæsumus  
Domine, intercessione nos adiu-  
ua: pro cuius festiuitate percepimus  
tua sancta latentes. Per Dominum.

S. Paulaeonis mart. Oratio.

¶ Praesta quæsumus omnipotens Deo,  
vt intercedente, &c. de communione mart.  
non Pontificis. Secreta.

In festo SS. Nazarij, Celsi, & Victoris  
mart. & Innocentij Pape & confes-  
toris.

Oratio.

S Antorum tuoam nos Dñe, Na-  
zarij, Celsi, Victoris, & Innocentij  
confessio teata communiat: & tragi-  
litati nostre subSIDium dignanter ex-  
oret. Per Dñm.

Cõcede nobis omnipotens Deus,  
vt his muneribus, que pro sanctoru-  
tuorum Nazarij, Celsi, Victoris & In-  
nocentij honore deferimus: & te pla-  
cem exhibitis: & nos vivificemur ac-  
ceptis. Per Dominum nostrum Ie-  
sus Christum. Post communio.

Sanctorum Nazarij, Celsi, Victo-  
ris & Innocentij, Domine interces-  
sione placatus: praesta quæsumus, vt  
quod temporali celebramus actio-  
ne, perpetua salvatione capiamus.  
Per Dñm.

In festo S. Matthei virg. Oratio.

E Xaudi nos Deus salutaris no-  
ster: vt sicut de beatæ Marthæ  
virginis festiuitate gaudemus, ita piæ  
devotionis erudiamur affectu. Per  
Dominum.

Pro commemoratione SS. Martirum Fili-  
cis, Simplicij, Faustini & Beatricis.

Oratio.

Praesta quæsumus Dñe, vt sicut  
populus Christianus martyrum  
tuorum, Felicis, Simplicij, Faustini, &  
Beatricis temporali solennitate con-  
gaudet, ita perstuant eterna: & quod  
vatis celebrat, comprehendat effectu.  
Per Dominum.

Accepta tibi sit Dñe sacra plebis  
oblatio, pro tuorum honore sancto-  
rū: quorū se meritis de tribulatione  
percepisse cognoscit auxilium. Per.

## Secreta.

Hostias tibi Domine pro sanctorum martyrum tuorum Felicis, Simplicij, Faustini, & Beatricis commemoratione deferimus, suppliciter deprecantes, ut indulgentiam nobis pariter conferant, & salutem. Per Dominum nostrum.

Post communio.

Satisfisti Domine familiam tuā munieribus saeris: eius, quæsumus, semper interuentione nos resoue cuius solennia celebramus. Per Postcommunio.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus: ut sanctorum martyrum tuorum Felicis, Simplicij, Faustini, & Beatricis cælestibus mysteriis celebrata solennitas, indulgentiam nobis tuæ propitiationis acquirat. Per Dominum nostrum.

SS. Martyrum Abdon &amp; Sennen.

Oratio.

D eus, qui sanctis tuis Abdon & Sennen, ad hanc gloriam venienti copiosum munus gratiæ contulisti: da famulis tuis suorum veniam peccatorum: ut, sanctorum tuorum intercedentibus meritis, ab omnibus mereamur aduersitatibus liberari. Per Dominum.

Secreta.

Hæc hostia, quæsumus Domine, quam in sanctorum martyrum tuorum natalitiis recessentes offerimus, & vincula nostræ prauitatis absoluimus, & tuæ nobis misericordie dona conciliem. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Postcommunio.

Per huius Domine operationem mysterij, & vitia nostra purgantur, & intercedentibus sanctis tuis Abdon &

Sennen, iusta desideria compleantur. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

A V G V S T V S.

## In festo S. Petri ad Vincula. Oratio.

D eus, qui beatum Petrum Apostolum, à vinculis absolutum, illum abire fecisti: nostrorum, quæsumus, absolve vincula peccatorum: & omnia mala à nobis propitiatus exclude. Per Dominum.

Pro commemoratione S. Pauli. Oratio.

D eus, qui multititudinem gentium beati Pauli Apostoli prædicione docuisti: da nobis, quæsumus: ut cuius commemorationem colimus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per Dominum.

Pro commemoratione sanctorum martyrum Machabiorum. Oratio.

F raterna nos Domine martyrum tuorum corona letificet: quæ & fidei nostræ præbeat incrementa virtutum, & multiplici nos suffragio cofoletur. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Secreta.

Oblatum tibi Domine sacrificium, intercedente beato Petro Apostolo tuo, viuificet nos semper, & muniat. Per Dominum.

Secreta.

Apostoli tui Pauli precibus, Domine, plebis tuae dona sanctifica: ut quæ tibi tuo grata sunt instituta, gratiore fiant patrocinio supplicantis. Per Dominum.

Secreta.

Iterata mysteria Domine pro sanctorum martyrum tuorum commora-

mora.

memorātione, deuota mente trachte-  
mus; quibus præsidium nobis cres-  
cat, & gaudium. Per Domiu[m] no-  
stru[m].

Postcommunio.

Corporis sacer, & pretiosi sanguini-  
nis repletibamine, quæsumus Do-  
mine Deus noster: vt quod pia de-  
votione gerimus, certa redemptio-  
ne capiamus. Per Dominu[m] no-  
stru[m].

Postcommunio.

Perceptis Domine Sacramentis,  
beatis Apostolis interuenientibus,  
deprecamur: vt, quæ pro illorum ce-  
lebrata sunt gloria, nobis proficiant  
ad medelam. Per Dominu[m] no-  
stru[m].

Postcommunio.

Præsta, quæsumus omnipotens  
Deus: vt, quorum memoriam sacra-  
menti participatione recolimus, fidē  
quocūp fæctemur. Per Do-  
minum.

S. Stephani Pape & mart. Oratio.  
D eus, qui nos beati Stephanii mar-  
tyris tui, atque p[re]tificis annua so-  
lennitate lœtificas: concede propitius,  
vt, cuius natalitia colimus, de eiusdē  
etiam protectione gaudeamus. Per  
Dominum.

Secreta.

Munera tibi Domine dicata sancti  
fic, & intercedente beato Stephano  
martyre tuo, atque pontifice, per ea-  
dem nos placatus intende. Per Domi-  
num.

Postcommunio.

H[oc]c nos communio Domine pur-  
get à criminis: & intercedente beato  
Stephano martyre tuo atque pontifi-  
ce, cel. I[ust]is remedij faciat esse consor-  
tes. Per Dominu[m] nostru[m] Iesum  
Christum.

In inuertione sancti Stephani prothomar-  
tyris. Oratio.

D a nobis, quæsumus Domine,  
in iitari quod colimus: vt disca-  
mus, & inimicos diligere: quia eius in-  
ventionē celebramus, qui nouit etiā  
pro persecutoribus exorare Dominū  
nostrum Iesum Christum filium tuū.  
Qui tecum.

Secreta.

Suscipe Domine munera, pro tuo  
rum commemoratione sanctorum:  
vt sicut illos passio glorioſos effecit,  
ita nos deuotio reddat innocuos. Per  
Dominum.

Postcommunio.

Auxilientur nobis Domine, sum-  
pta mysteria: & intercedente beato  
Stephano prothomartyre tuo, sempi-  
terna protectione confirmet Per Do-  
minum.

In festo S. Dominici confessoris. Oratio.

D eus, qui Ecclesiam tuam beati  
Dominici confessoris tui illumi-  
nare dignatus es, meritis & doctrinis:  
concede vt, eius intercessione, tempo-  
ralibus non destituatur auxiliis, & spi-  
ritualibus semper proficiat incremen-  
tis. Per Dñm.

Secreta.

Munera tibi Domine dicata sancti  
fici, & intercessione beati Dominici co-  
fessoris tui, nobis proficiant ad medelā.  
Per Dñm.

Postcommunio.

Concede, quæsumus omnipotens  
Deus: vt, qui peccatorum nostrorum  
pondere premimur, beati Dominici  
cofessoris tui patrocinio subleuemur.  
Per Dominum.

In Dedicatione sancte Marie ad Nives. Oratio.

Concede nos famulos tuos, &c.

*Vt in votiis beatae Mariae Virginis à Pētheoste, usque ad Aduentum.*

*In festo Transfigurationis Domini nostri Iesu Christi.* *Oratio.*

**D**eus, qui fidei sacramēta, in vni-  
geniti tui gloria Transfigura-  
tionē patrum testimonio roborasti:  
& adoptionem filiorum perfectam,  
voce delapsa in nube lucida, mirabili  
ter p̄signasti: concede propitius: vt  
ipsius regis gloriae nos coheredes ef-  
ficias, & eiusdem gloriae tribuas esse  
consortes. Per eundem Dm̄.

*Pro commemoratione SS. Martyrum Xisti, Felicissimi, & Agapiti.* *Oratio.*

**D**eus, qui nos concedis sanctoru-  
m̄ tuorum Xisti, Felicissimi, & Agapiti natalitia colere: da  
nobis in æterna beatitudine de eo-  
rum fotetate gaudere. Per Domi-  
num. *Secreta.*

*Oblata, quæsumus Domine, mune-  
ra, gloria vnigeniti tui Transfigura-  
tionē sanctifica: nosque à peccatorū  
maculis, splendoribus ipsius illustra-  
tionis emunda.* Per eundem Domi-  
num. *Secreta.*

Munera tibi Domine nostrę deuo-  
tionis offerimus: quæ pro tuorum gra-  
ta sint honore iustorum, & nobis salu-  
taria te miserante reddantur. Per Do-  
minum. *Postcommunio.*

*Presta, quæsumus omnipotens  
Iesus ut sacrofācta Transfiguratio-  
nis mysteria, quæ solenni celebra-  
mus officio, purificat̄ mentis intel-  
ligentia consequamur.* Per Domi-  
num. *Postcommunio.*

*Presta nobis, quæsumus Domine,*

intercedentibus sanctis tuis Xisto, Fe-  
licissimo, & Agapito: vt quæ ore con-  
tingimus, pura mente capiamus. Per  
Dominum.

*S. Donati Episcopi & martyris.*  
*Oratio.*

**D**eus tuorum gloria sacerdotum  
præsta quæsumus: vt sancti mar-  
tyristui, & Episcopi Donati, cuius  
festa gerimus, sentiamus auxiliū. Per  
Dominum. *Secreta.*

Præsta, quæsumus Dñe: vt sancti  
martyris tui & Episcopi Donati inter-  
cessione, quem ad laudem nominis  
tui dicatas muneribus honoramus,  
piæ nobis fructus deuotionis accres-  
cat. Per Dominum nostrum Iesum  
Christum. *Postcommunio.*

Omnipotens & misericors Deus,  
qui nos Sacramentorum tuorum &  
participes efficiis & ministros: præsta,  
quæsumus, vt intercedente beato  
Donato martyre tuo, atque pontifi-  
ce, eiusdem proficiamus & fidei con-  
sortio, & digno seruitio. Per Domi-  
num.

*In festo SS. martyrum Cyriaci, Largi &  
Smaragdi.* *Oratio.*

**D**eus, qui nos annua beatorum  
martyrum tuorum Cyriaci, Lar-  
gi & Smaragdi solennitate lātificas:  
concede propitius: vt quorum natali-  
tia colimus, virtutem quoque passio-  
nis imitemur. Per Dominum no-  
strum. *Secreta.*

Accepta sit in conspectu tuo Dñe,  
nostra deuotio: & eorū nobis fiat sup-  
plicatione salutaris, pro quorum sole-  
nitate defertur. Per.

## Postcommunio.

**R**efecti participatione muneris sacri, quæsumus Domine Deus noster: vt quorum exequimur cultum, sentiamus effectum. Per Dominum nostrum.

In vigilia S. Laurentij mart. Oratio.

**A**desto Domine supplicationib⁹ nostris: & intercessione beati Laurentij martyris tui, cuius præuenimus festiuitatem, perpetuam nobis misericordiam benignus impéde. Per Dominum.

Pro commemoratione S. Romani martyris. Oratio.

**P**ræsta, quæsumus omnipotens Deus: vt intercedente beato Romano martyre tuo, & à cunctis aduersitatibus libereimur in corpore, & à prauis cogitationibus mundemur in mente. Per Dominum nostrum.

Secreta.

Hostias Domine quas tibi offerimus, propitius suscipe: & intercedente beato Laurentio martyre tuo, vincula peccatorum nostrorum absolue. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Secreta.

Accepta sit in conspectu tuo, Domine, nostra deuotio: & eius nobis fiat supplicatione salutaris, pro cuius solennitate defertur. Per Dominum nostrum.

Postcommunio.

Da, quæsumus Domine Deus noster: vt sicut beati Laurentij martyris tui commemoratione, temporali gratulanur officio: ita perpetuæ latemur aspectu. Per Dominum nostrum.

## Postcommunio.

**R**efecti participatione muneris sacri, quæsumus Domine Deus noster: vt sancti Romani martyris tui, cuius exequimur cultum sentiamus effectum. Per Dñm.

In festo S. Laurentij martyris.

Oratio.

**D**a nobis quæsumus omnipotēs Deus, vitorum nostrorum flamas extinguere: qui beato Laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per Dominum nostrum.

Secreta.

Accipe quæsumus Domine munera dignanter oblata: & beati Laurentij suffragantibus meritis, ad nostræ salutis auxilium prouenire concede. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Postcommunio.

Sacro munere satiati, supplices te Domine deprecamur: vt quod debita seruitutis celebramus officio, intercedente beato Laurentio martyre tuo, saluationis tuę sentiamus augmentum. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Pro commemoratione SS. Martyrum Tiburtij & Susanne. Oratio.

**S**anctorū martyrum tuorum Tiburtij & Susanne, nos Domine soueant continuata presidia, quia non desinis propitius intueri, quos talibus auxiliis concesseris adiuuari. Per Dominum.

Secreta.

Adesto Domine precibus populi tui, adesto muniberibus: vt quæ sacris sunt oblata mysteriis, tuorū tibi placeant intercessione sanctorum. Per.

Post-

*Postcommunio.*

**S**umpsimus Domine pignus redēptionis æternæ: quod sit nobis, quæsumus, interuenientibus sanctis martyribus tuis, vitæ præsentis auxilium, pariter & futuræ Per Dominum nostrum.

*Pro commemoratione S. Claræ virginis.*

*Oratio.*

**E**xaudi nos Deus salutaris noster, vt sicut de beatæ Claræ virginis festiuitate gaudemus, ita pię devotionis erudiamur affectu. Per Dominum. *Secreta.*

**A**ccepta tibi sit Domine, sacratæ plebis oblato, pro tuorum honore sanctorum: quorum se meritis perceperisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per Dñm. *Postcommunio.*

**S**atiasti Domine familiam tuam muneribus sacrī, eius quæsumus, semper interuentione nos refoue, cuius solennia celebramus. Per Dominum. *Postcommunio.*

*Pro commemoratione SS. Mart. Hippolyti & Cassiani.* *Oratio.*

**D**omine, quæsumus omnipotēs Deus, ut beatorum martyrum tuorū Hippolyti & Cassiani, veneranda solennitas, & deuotionem nobis augeat & salutem. Per Dominum nostrum. *Secreta.*

**R**espice Domine munera populi tui sanctorum festiuitate votiuā: & tuæ testificatio veritatis nobis proficiat ad salutem. Per Dominum nostrum. *Postcommunio.*

**S**acramentorum tuorum Domini, communio sumpta nos saluet: &

in tuæ veritatis luce confirmet. Per Dominum.

*In Vigilia Assumptionis beatae Marie Virginis.* *Oratio.*

**D**eus, qui virginalem aulam beatæ Mariæ Virginis, in qua habitares, eligere dignatus es: da quæsumus, vt sua nos defensione munitos, iocundos facias suæ interesse festiuitati. Qui viuis.

*Pro commemoratione S. Eusebij confessio-* *ris.* *Oratio.*

**D**eus, qui nos beati Eusebij confessoris tui annua solennitate lœtificas: concede propitiū, vt cuius natilitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per Dominum nostrum. *Secreta.*

**M**unera nostra Domine apud clementiam tuā Dei genitricis cōmendet oratio: quam idcirco de præsenti sæculo transtulisti, vt pro peccatis nostris apud te fiducialiter intercedat. Per eundem Dominum nostrum. *Secreta.*

**L**audis tibi Domine hostias immolamus, in tuorum commemoratione sanctorū: quibus nos & præsentibus exui malis confidimus, & futuris. Per Dominum nostrum Iesum Christum. *Postcommunio.*

**C**oncede misericors Deus fragilitati nostræ præsidium, vt qui sancte Dei genitricis festiuitatem præuenimus, intercessionis eius auxilio, à nostris iniquitatibus resurgamus. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum. *Postcommunio.*

**R**efecti cibo potuū, celesti, Deus

## Orationes

nosterte supplices exoramus, vt in  
cuius hæc commemoratione perce-  
pimus, eius muniamur & precibus.  
Per Dominum.

In Assumptione Beate M. triæ Virginis.

Oratio.

Famulorum tuorum quæsumus  
Domine delictis ignosce: vt qui  
tibi placere de actibus nostris non  
valemus, genitricis filij tui Domini  
nostrí intercessione saluemur. Per  
eundem.

Secreta.

Subueniat Domine plebi tuæ Dei  
genitricis oratio: quam etsi pro con-  
ditione carnis migrasse cognoscimus,  
in cælesti gloria apud te pro  
nobis intercedere sentiamus. Per eun-  
dem.

Postcommunio

Mensæ cælestis particeps effecti,  
imploramus clementiam tuam, Do-  
mine Deus noster: vt qui assump-  
tionem Dei genitricis colimus, à cun-  
ctis malis imminentibus, eius in-  
tercessione liberemur. Per eundem  
Dominum.

In octaua S. Laurentij. Oratio.

E xcita Domine in Ecclesia tua  
spiritum, cui beatus Laurentius  
Leuita seruuit, vt eodem nos reple-  
ti studeamus amare, quod amavit, &  
opere exercere quod docuit. Per Do-  
minum.

Secreta.

Sacrificium nostrum tibi Domine  
quæsumus, beati Laurentij precatio-  
sancta conciliat: vt cuius honore so-  
lenniter exhibetur, eius meritis effi-  
ciatur acceptum. Per Dominum no-  
strum.

Postcommunio

Supplices te rogamus omnipotens

Deus: vt quod donis cælestibus satia-  
sti, intercedente beato Laurentio  
martyre tuo; perpetua protectione  
custodias. Per Dominum nostrum  
Iesum Christum.

Pro commemoratione S. Agapiti mar-  
tyris. Oratio.

L ætitur Ecclesia tua Deus beati  
Agapiti martyris tui confisa suff-  
fragii: atque eius precibus gloriosis,  
& deuota permaneat; & secura con-  
fistat. Per.

Suscipe Domine munera, quæ in  
eius tibi solennitate deferimus, cuius  
nos confidimus patrocinio liberari.  
Per Dominum. Postcommunio

Satisfacti Domine familiâ tuam mu-  
neribus sacris: eius quæsumus sem-  
per interuentione nos refoue, cuius  
solennia celebramus. Per Dominum  
nostrum.

In festo S. Bernardi Abbatis. Oratio.

¶ Intercessio nos, quæsumus Domini-  
ne, &c. de communi vnius Abbatis.

In octaua Assumptionis beate Mariæ  
Virginis. Oratio.

¶ Famulorum tuorum quæsumus Do-  
mine, &c. vt supra in die.

Pro commemoratione SS. Martyrum Ti-  
mothei, Hippolyti, & Symphoriani.  
Oratio.

A xilium tuum nobis Domine,  
quæsumus placatus impende, &  
intercedentibus beatis martyribus  
tuis, Timotheo, Hippolyto & Sym-  
phoriano, dexteram super nos tuæ  
propitiationis extende. Per Domi-  
num.

Accepta tibi sit Domine: sacra-  
pla-

plebis oblatio , pro tuorum honore  
sanctorum: quorum se meritis perce-  
pisse de tribulatione cognoscit auxi-  
liu*m*. Per Dominum nostrum Iesum  
Christum. *Post communio.*

D*omi*ni muneri largitate satiati,  
quæsumus Domine Deus noster: vt  
intercedentibus sanctis martyribus  
tuis Timotheo, Hippolyto, & Sym-  
phoriano, in eius temper participa-  
tione viuamus. Per Dominum no-  
strum.

*In vigilia S. Bartholomei.* *Oratio.*

Da quæsumus omnipotens Deus,  
&c. *vt in vigilia vires Apo*lio*i.*

*In festo S. Bartholomei Apostoli.* *Oratio.*

O Mnipotens sempiterne Deus:  
qui huius diei venerandam san-  
ctamque letitiam in beati Apostoli  
tui Bartholomæi festiuitate tribui-  
sti: da Ecclesiæ tuae quæsumus, &  
amare quod credidit, & prædicare  
quod docuit. Per Dominum no-  
strum. *Secreta.*

Beati Apostoli tui, Domine, Bar-  
tholomæi solennia recententes, quæ-  
sumus: vt eius auxilio tua beneficia  
capiamus, pro quo tibi hostias lau-  
dis immolamus. Per Dominum no-  
strum. *Post communio.*

Sumptum Domine pignus redem-  
ptionis æternæ sit nobis. quæsumus,  
interueniente beato Bartholomæo  
Apostolo tuo, vite prælensis auxiliu  
pariter & futuræ. Per Dominum no-  
strum.

*S. Ludouici confessoris.* *Oratio.*

D*e*us, qui beatum Ludouicum  
confessorem tuum de terreno

ac temporali regno ad calcis æter-  
ni regni gloriae transluxit: eius  
quæsumus, meritis & intercessione  
Regis Regum Iesu Christi filij tui  
nos cohæredes efficias, & eiusdem  
regni tribuas esse consortes. Per eun-  
dem. *Secreta.*

Præsta, quæsumus omnipotens De:  
vt sicut beatus Ludovicus confessor  
tuus, spretis mundi oblectamentis so-  
li regi Christo placere studuit, ita ius  
oratio nos tibi reddat acceptos. Per  
Dominum nostrum Iesum Christum.  
*Post communio.*

Deus, qui beatum confessorem  
tuum Ludovicum misericordasti in ter-  
ris: quæsumus: vt quem in cælis glo-  
riolum fecisti Ecclesiæ tuae consti-  
tuas defensorem. Per Dominum no-  
strum.

*S. Zephyrini Papæ & martyris.*

*Oratio.*

P*ræsta*, quæsumus, omnipotens  
Deus: vt beati Zephyrini marty-  
ris tuus atque pontificis: cuius gaudi-  
mus meritis, instruamur exemplis.  
Per Dominum. *Secreta.*

Munera tibi Domine dicata sancti  
fica: & intercedente beato Zephyri-  
no martyre tuo atque pontifice, per  
eadem nos placatus intercede. Per Do-  
minum. *Post communio.*

Hæc nos communio, Domine, præ-  
get à crimine: & intercedente beato  
Zephyrino martyre tuo atque ponti-  
fice, calcis remedij faciat etiam con-  
sortes. Per Dominum nostrum Iesum  
Christum.

## Orationes

In festo S. Augustini Episcopi & confessoris, ac Doctoris Ecclesiae.

**A**d hunc supplicationibus nostris,  
Omnipotens Deus: & quibus fiduciam sperandae pietatis indulges,  
intercedente beato Augustino confessore tuo atque pontifice, consuetae misericordiae tribue benignus effetum. Per Dominum.

Pro commemoratione S. Hermotis martyris. *Oratio.*

**D**eus, qui beatum Hermetem martyrem tuum virtute constantiae in passionem roborasti: ex eius nobis imitatione tribue, pro amore tuo prospera mundi despicere, & nulla eius aduersa formidare. Per Dominum nostrum.

*Secreta.*  
Sancti confessoris tui Augustini nobis, Domine, pia non desit oratio: quæ & munera nostra conciliet, & tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Sacrificium tibi Dñe laudis offerimus in tuoru[m] commemoratione sanctorum: da, quæsumus: ut quod illis contulit ad gloriæ, nobis prospicit ad salutem. Per Dñm.

Vt nobis, Domine, tua sacrificia dent salutem: beatus confessor tuus Augustinus & pontifex, quæsumus, precator accedat. Per Dominum nostrum.

Repleti benedictione caelesti, quæ sumus clementiam tuam: vt intercedente beato Hermete martyre tuo, quæ humiliter gerimus, salubriter servamus. Per Dominum.

In Decollatione S. Ioannis Baptiste. *Oratio.*

**S**ancti Ioannis Baptistæ præcursoris, & martyris tui, quæsumus Domine, veneranda festivitas, salutaris auxiliu nobis præstet effectum. Per. Pro commemoratione S. Sabinae martyris.

**D**eus, qui inter cetera potentias tuæ miracula, etiam in sexu fragili victoriam martyrij contulisti: concede propitius: vt qui beata Sabina martyris tuæ natalitiæ colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per Dominum.

*Secreta.*  
Munera, quæ tibi Domine pro sancti martyris tui Ioannis Baptista præfessione deferimus, quæsumus: vt eius obtentu nobis proficiant ad salutem. Per Dominum.

*Secreta.*  
Hostias tibi, Domine, lecate Sabinae martyris tuæ dicatas meritis, benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per Dominum.

*Post communio.*  
Conferat nobis Domine sancti Ioannis Baptistæ utraque solennitas & magnifica sacramenta, quæ sumus, significata veneremur, & in nobis potius edita gaudemus. Per Dominum.

*Post communio.*  
Diuini muneri largitate satiati, quæsumus Domine Deus noster: vt intercedente beata Sabina martyre tua, in eius semper participatione vivamus. Per Dominum.

*SS. Felicis & Adaudi mart.* *Oratio.*

**M**aiestatem tuam, Domine, super plures exoramus: vt, sicut nos iugis-

iugiter sanctorum tuorum commemoratione lētificas, ita semper supplicatione defendas. Per. Secreta.

Hostias Domine plebis tuae intende, & quas in honore sanctorum tuorum deuota mente celebrant, proficere libi sentiant ad salutem. Per Dominum nostrum.

Postcommunio.

Repleti Domine muneribus sacris, quæsumus, vt intercedentibus sanctis tuis, in gratiarum tuarum semper actione maneamus. Per Dominum nostrum.

## SEPT E M B E R.

S. Agydij Abbatis. Oratio.

¶ Intercessio nos, &c. vt in communi Abbatis.

Pro commemoratione SS. Martyrum duodecim fratrum. Oratio.

F Raterna nos Domine martyrum tuorum corona lētificet, que & fidei nostræ præbeat incrementa virtutum, & multiplici nos suffragio cōfoletur. Per Dominum nostrum Iesum Christum. Secreta.

Iterata mysteria Domine, pro sanctorum martyrum tuorum commemoratione deuota mente tractemus: quibus nobis & præsidium crescat, & gaudium. Per Dominum nostrum Iesum Christum. Postcommunio.

Praesta quæsumus omnipotens Deus, vt quorum memoriam sacramenti participatione recolimus, fidem quoque proficiendo sectemur. Per Dominum.

In Nativitate S. Marie Virg. Oratio.

F Amulis tuis quæsumus Domine, cælestis gratiæ munus impetrare: vt quibus beatæ Virginis partus extitit salutis exordium, Nativitatis eius votiva solennitas, pacis tribuat incrementum. Per Dominum nostrum.

Pro commemoratione S. Adriani Martyris. Oratio.

¶ Praesta quæsumus omnipotens Deus, vt qui, &c. de communione vii martyris non pontifi is. Secreta.

Vnigeniti tui Dñe, nobis fuerat humanitas: vt qui natus de virginie matris integritatem non minuit, sed sacrauit: in Nativitatis eius solenniis, nostris nos piaculis exuens, oblationem nostram sibi faciat acceptam Iesus Christus Dominus noster. Qui tecum. Postcommunio.

Sumpsimus Domine celebritatis anni votiva sacramenta: praesta quæsumus, vt temporalis vita nobis remedia præbeant, & aeternæ. Per Dominum.

Pro commemoratione S. Gorgonij martyris. Oratio.

S Anctus tuus Domine Gorgonius, sua nos intercessione lētificet: & pia faciat solennitate gaudere. Per Dñm.

Grata tibi sit Domine nostræ servitutis oblatio: pro qua sanctus Gorgonius martyr interuentor existat. Per Dñm.

Familiam tuā Deus suavitatis eterna contingat, & vegetet: que in martyre tuo Gorgonio, Christi filii tui bona

## Orationes

ugiter odore pascatur. Per eundem.

Pro commemoratione SS. Martyrum Proti & Hiacinthi.

Oratio.

B Eatorum martyrum tuorum,  
Proti & Hiacinthi nos, Domine, soueat preciosa confessio: & pia  
iugiter intercessio tucatur. Per Do-  
minum.

Secreta.

Pro sanctorum martyrum tuorum  
Proti & Hiacinthi commemoratione,  
munera tibi Domine, quæ debe-  
mus exoluimus: presta quæsumus, vt  
remedium nobis perpetuae salutis o-  
perentur. Per Dominum nostrum Ie-  
sum Christum.

Postcommunicio.

Vt percepta nos Domine tua san-  
cta purifcent, beatorum martyrum  
tuorum Proti & Hiacinthi, quæ fu-  
mus imploret oratio. Per Dominum  
nostrum.

In Exaltatione S. Crucis.

Oratio.

D Eus, qui nos hodierna die exal-  
tationis sancte Crucis, annua so-  
lennitate laetificas: presta quæsumus,  
vt cuius mysterium in terra cognoui-  
mus, eius redemptionis premia in ce-  
lo mereamur. Per eundem.

Secreta.

Iesu Christi Domini nostri corpo-  
re & sanguine saginandi, per quem  
Crucis est sanctificatum vexillum,  
quæsumus Domine Deus noster, vt  
sicut illud adorare meruimus, ita pe-  
renniter eius gloria salutaris potia-  
musr effici. Per eundem Dominum.

Postcommunicio.

Adesto nobis Domine Deus no-  
ster, & quos sanctæ Crucis latere fe-  
cisti honore, eius quoque perpetuis  
defende subsidiis. Per Dñm.

in off. Nativitatis B. Marie. Oratio.

¶ Fainulis tuis, &c. vt supra in die.

Pro commemoratione S. Nicomedi martyris.

Oratio.

A Desto Domine populo tuo, vt  
beati Nicomedi martyris tui  
merita præclara suscipiens, ad impe-  
trandum misericordiam tuam sem-  
per eius patrociniis adiuuemur. Per  
Dominum.

Secreta.

Suscipe Domine munera propitiæ  
oblata: quæ maiestati tuæ, beati Ni-  
comedis martyristi cōmendet ora-  
tio. Per Dñm.

Postcommunicio.

Putifcent nos Domine sacramen-  
ta quæ sumpsimus, & intercedente  
beato Nicomedे martyre tuo, à cun-  
ctis efficiant vitiis absolutos. Per Do-  
minum.

In festo SS. Pontificum & martyrum Con-  
nelij & Cipriani.

Oratio.

¶ Beatorum martyrum tuorum pa-  
riterque pontificum, &c. de communi  
plurimorum martyrum pontifi.

Pro commemoratione SS. Martyrum Eu-  
phemia, Lucia, & Geminiani. Oratio.

P Resta Domine precibus nostris  
cum exultatione prouentum: vt  
quorum diem passionis annua deuo-  
tione recolimus, etiam fidei constan-  
tiæ subsequamur. Per Dñm.

Secreta.

Vota popului quæsumus Domine,  
propitiatus intende: & quorum  
nos tribus solennia celebrare, fac  
gaudere suffragiis. Per Dominum  
nostrum.

Postcommunicio.

Exaudi Domine preces nostras, &  
sanctorum martyrum tuorum Eu-  
phemia, Lucia, & Geminiani: quo-  
rum

rum festa solenniter celebramus, continuis foueamur auxiliis. Per Dominum nostrum in.

In Vigilia s. Matthæi Apostoli & Eu. an  
gelistæ. Oratio.

**D**A, quæsumus omnipotēs Deus,  
vt beati Matthæi Apostoli tui  
& Evangelistæ, quam preuenimus,  
veneranda solēnitas, & deuotionem  
nobis augeat, & salutem. Per Dominum.

Pro commemoratione SS. Martyrum Eu-  
stachij. & sociorum. Oratio.

**D**eus, qui nos concedis sanctorū  
martyrum tuorum Eustachij &  
sociorum eius natalitia colere: da no-  
bis in æterna beatitudine de eorum  
societate gaudere. Per Dominum  
nostrum. Secreta.

Apostolicæ reuerentiæ culmen of-  
ferimus tibi sacris mysteriis imbuen-  
dum: presta quæsumus Domine, vt  
beati Apostoli tui & Evangelistæ  
Matthæi suffragiis, cuius natalitia præ-  
uenimus. hæc plebs tua semper & sua  
vota depromat, & desiderata percipi-  
at. Per Dominum. Secreta.

Munera tibi Domine nostræ deuo-  
tione offerimus: quæ & pro tuorum  
tibi grata sint honore iustorum, &  
nobis salutaria te miserante reddan-  
tur. Per Dominum. Postcommunio.

Sancti Apostoli tui & Evangelistæ  
Matthæi, quæsumus Domine, suppli-  
catione placatus, & veniam nobis tri-  
bue, & remedia sempiterna cōcede.  
Per Dominum. Postcommunio.

Presta nobis quæsumus Domine,  
intercedentibus sanctis tuis Eusta-

chio & sociis: vt quod ore contingi-  
mus pura mente capiamus. Per Do-  
minum.

In festo S. Matthæi Apostoli & Euange-  
listæ. Oratio.

**B**EATI Apostoli & Euagelistæ Mat-  
thæi, Domine precibus adiuue-  
mur: vt quod possiblitas nostra non  
obtinet, eius nobis intercessione do-  
netur. Per Dñm. Secreta.

Supplicationibus Apostolicis bea-  
ti Matthæi Euagelistæ, quæsumus  
Domine, Ecclesiae tuæ comende-  
tur oblatio: cuius magnificis præda-  
tionibus eruditur. Per Dominum  
nostrum. Postcommunio.

Perceptis Domine sacramētis bea-  
to Matthæo Apostolo tuo & Evan-  
gelistæ, interueniente deprecamur:  
vt quæ pro eius celebrata sunt glo-  
ria, nobis proficiant ad medelam.  
Per Dominum.

SS. Martyrum Mauritij & sociorum  
eius. Oratio.

**A**NAE quæsumus omnipotens  
Deus, vt sanctorum martyrum  
tuorum Mauritij & sociorum eius,  
nos lætificet festiva solennitas: vt  
quorum suffragiis nitimur, eorum  
natalitiis gloriemur. Per Dominum  
nostrum. Secreta.

Responce, quæsumus Domine, mu-  
nera, quæ in sanctorum martyrum  
tuorum Mauritij & sociorum eius cō-  
memoratione deferimus: & presta,  
vt quorum honore sunt grata, eorum  
nobis siant intercessione perpetua.  
Per Dominum. Postcommunio.

Cælestibus refecti sacramentis &

## Oraciones

gaudiis, supplices te rogamus Dñe,  
vt quorum gloriāmūr triumphis, pro  
tegāmūr auxiliis. Per Dominum.

In festo S. Lini Pape & mart. Oratio.  
¶ Deus qui nos beati, &c. de communi  
vnius martyris Pontificis.

Pro commemoratione S. Theclae virginis  
& martyris. Oratio.

D A quæsumus omnipotens Deus,  
vt qui beatæ Theclæ virginis &  
martyris tuæ natalitia colimus, &  
annua solennitate lætemur, & tantæ  
fidei proficiamur exemplo. Per Do-  
minum. Secreta.

Suscipe Domine munera, quæ in  
beatæ Theclæ virginis & martyris  
tuæ solennitate deferimus, cuius nos  
confidimus patrocinio liberari. Per  
Dominum. Postcommunio.

Auxilientur nobis Domine, sum-  
pta mysteria, & intercedente beata  
Thecla virgine & martyre tua, sem-  
piterna faciant protectione gaudere.  
Per Dominum.

SS. Martyrum Cypriani & Iustine.

Oratio.

B eatorum martyrum tuorum Cy-  
priani & Iustine, nos Domine so-  
ueant continuata præsidia: quia non  
desinis propitiis intueri, quos tali-  
bus auxiliis concesseris adiuuari. Per  
Dominum. Secreta.

Munera tibi Domine nostræ de-  
uetionis offerimus: quæ & pro tuorū  
tibi grata sint honore iustorū, & no-  
bis salutaria te miserante reddantur.  
Per Dominum. Postcommunio.

Præsta nobis quæsumus Domine,  
intercedentibus sanctis tuis Cypria-

no & Iustina: vt quæ ore contingi-  
mus, pura mente capiamus. Per Dñm.  
In festo SS. Martyrum Cosme & Da-  
mi. ni. i. Oratio.

P ræsta quæsumus omnipotens  
Deus, vt qui sanctorum martyru-  
tuorum Cosme & Damiani natalitia  
colimus, à cunctis malis imminentia-  
bus eorum intercessionibus libere-  
mur. Per Dominum. Secreta.

Sæctorum tuorum nobis Dñe pia-  
nō desit oratio: quæ & munera nostra  
conciliet, & tuam nobis indulgentiā  
semper obtineat. Per. Postcommunio.

Protegat quæsumus Dñe populu-  
tuum, & participatio cœlestis indul-  
ta cōuiuij, & deprecatio collata sancto-  
rum. Per Dominum.

In festo Dedicationis S. Michaelis Archæ  
geli. Oratio.

D eus, qui miro ordine angelorū  
ministeria, hominumq; dispen-  
fas: concede propitiis, vt quibus tibi  
ministrantibus in calo semper assisti-  
tur, ab his in terra vita nostra munia-  
tur. Per Dominum. Secreta.

Hostias tibi Dñe laudis offerimus,  
suppliciter deprecantes, vt easdē an-  
gelico pro nobis intercedente suffra-  
gio, & placatus accipias, & ad salutē  
nostram prouenire concedas. Per  
Dominum. Postcommunio.

Beati Archageli tui Michaëlis in-  
tercessione suffulti, supplices te Do-  
mine deprecamur, vt quod ore pro-  
sequimur, cōtingamus & mente. Per  
Dominum.

In festo S. Hieronymi presbyteri confe-  
xoris & Doctoris Ecclesie. Oratio.  
Deus,

**D**eus, qui Ecclesiæ tuæ in exponē  
dis sacris scripturis beatum Hieronymū confessorem tuum, doctore  
maximū, prouidere dignatus es: pre-  
sta, quæsumus: vt eius suffragantibus  
meritis, quod ore simul & opere do-  
cuit, te adiuuāte, exercere valeamus.  
Per Dominum.

Secreta.

Donis cælestibus, quæsumus Dñe,  
libera nos tribue mente inferuire: vt  
munera quæ deserimus, intercedēte  
beato Hieronymo confessore tuo, &  
medelam nobis operentur, & gloriā,  
Per Dominum.

Postcommunio.

Repleti alimonia cælesti, quæsumus  
Dñe, vt interueniēte beato Hierony-  
mo confessore tuo, misericordię tuæ  
gratiam consequi increamur. Per.

## O C T O B E R.

S. Remigij Episcopi & confes. *Oratio.*

Da, quæsumus omnipotens Deus,  
&c. de communī confessoris pontif.

In festo S. Francisci confes. *Oratio.*

**D**eus, qui Ecclesiā tuā beati  
Francisci meritis fecit nouę pro-  
lis amplificas: tribue nobis, ex ei⁹ imi-  
tatione terrena despicere, & cælestiū  
dono: um semper participatione gau-  
dere. Per Dominum.

Secreta.

Munera tibi Dñe dicata sanctifica:  
& intercedente beato Francisco, ab  
omnino culparum labi purifica. Per  
Dominum.

Postcommunio.

Ecclesiā tuā, quæsumus Dñe,  
gratia cælestis amplificet, quam beati  
Francisci illuminare voluisti glorio-  
sis meritis, & exemplis. Per Dm.

S. Marci Papæ & confes. *Oratio.*

**E**xaudi Domine, preces nostras:  
& intercedente beato Marco co-  
fessore tuo atque pontifice, supplica-  
tiones nostras placatus intende. Per  
Dominum.

Pro commemoratione SS. martyrum Ser-  
gij, Bacchi, Marcelli, & Apuleij.

*Oratio.*

**S**anctorum martyrum tuorū nos  
Domine, Sergij, Bacchi, Marcelli,  
& Apuleij beata merita prosequan-  
tur: & tuo semper faciant amore fer-  
uentes. Per Dm.

Secreta.

Accepta tibi sit, Domine, sacratae  
plebis oblatio, pro tuorum honore  
sanctorum: quorum se meritis perce-  
pisse de tribulacione cognoscit auxili-  
gium Pcr Dm.

Secreta.

Maiestatem tuam nobis, Dñe quæ  
sumus, hęc hostia reddat immolanda  
placatam, tuorum digna postulatio-  
ne sanctorum. Per.

Postcommunio.

Da, quæsumus Domine fidelibus  
populis sanctorum tuorum semper  
veneratione lxtari, & eorum perpe-  
tua supplicatione muniri. Per Domi-  
num.

Postcommunio.

Sacramentis Domine muniamur  
acceptis, & sanctorum martyrum tuo-  
rum Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apu-  
leij intercessione, contra omnes ne-  
quicias irruentes, armis cælestibus  
protegamus. Per Dominum no-  
strum.

In festo SS. martyrum Dionysij, Rustici,  
& Eleutherij.

*Oratio.*

**D**eus, qui iodierna die beatum  
Dionysium martyrem tuū arg-  
po-

pontificem, virtute constantie in passione roborasti: quicquid illi, ad praedicandum gentibus gloriam tuam, Rusticum & Eleutherium sociare dignatus es: tribue nobis, quæsumus, eorum imitatione pro amore tuo prospera mundi despiceret, & nulla eius aduersa formidare. Per Dominum nostrum.

*Secreta.*

Oblata tibi Domine munera populi tui pro tuorum honore sanctorum martyrum Dionysij, Rustici, & Eleutherij, suscipe propitius, quæsumus: & coru nos intercessione sanctifica. Per Dominum,

*Postcommunio.*

Sumptis Domine sacramentis, quæsumus: ut intercedentibus beatis martyribus tuis Dionysio, Rustico, & Eleutherio, ad redēptionis æternæ proficiamus augmentum. Per Dominum.

*In festo S. Calisti Papæ & martyris.*

*Oratio.*

Deus, qui nos cōspicis ex nostra infirmitate deficere: ad amorem tuum nos misericorditer per sanctorum tuorum exempla restaura. Per Dominum.

*Secreta.*

Mystica nobis Domine profit oblatione: quæ nos, & à reatibus nostris expeditat & perpetua saluatione cōfirmet. Per Dominum.

*Postcommunio.*

Quæsumus omnipotens Deus: ut reatum nostrum munera sacra purifcent, & rectè viuendi nobis operentur effectum. Per Domine.

*In festo S. Luce Evangelista. Oratio.*

Interueniat pro nobis, quæsumus Domine, sanctius tuus Lucas Euangeli-

sta: qui crucis mortificationem iugiter in suo corpore pro tui nominis honore portauit. Per.

*Secreta.*

Donis cælestibus da nobis, quæsumus Domine libera tibi mente seruire: ut munera, quæ deferimus, interueniente beato Euangelista tuo Luca, & me delam nobis operentur, & gloriæ. Per Dominum.

*Postcommunio.*

Præsta, quæsumus omnipotens Domine: ut, quod de sancto altari tuo accepimus, precibus beati Euangelistæ tui Lucae, sanctificet animas nostras: per quod tuti esse possumus. Per Domine.

*S. Hilarius Abbatis. Oratio.*

Intercessio nos quæsumus Domine, &c. de communi vnius Abbatis.

*Pro commemoratione S. Vrsulae & sociorum.* *Oratio.*

Danobis, quæsumus Domine, sancta rum virginū & martyrum tuarum Ursulæ & lociarum eius, palmas incessabili devotione venerari: ut quas digna mente non possumus celebrare, humilibus saltē: frequenter mus obsequiis. Per Domine.

*Secreta.*

Intende, quæsumus Domine, munera altariis tuis pro sanctarum martyrum & virginum tuarum Ursulae & sociarum eius festiuitate proposita: ut sicut per hæc beata mysteria illis gloriam contulisti, ita nobis indulgentiam largiaris. Per Dominum nostrum.

*Postcommunio.*

Præsta nobis, quæsumus Domine, intercedentibus sanctis martyribus & virginibus tuis: ut quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per Dominum.

## SS. Martyrum Chrysanti &amp; Dariæ.

Oratio.

**B**eatorum martyrum tuorum Domine Chrysanti & Dariæ, quæsumus, adfis nobis oratio: ut quos veneramur obsequio, eorum pium iugiter experiamur auxilium. Per Dominum.

Secreta.

Populi tui quæsumus Domine, tibi grata sit hostia, quæ in natalitiis sanctorum martyrum tuorum Chrysanti & Dariæ solenniter immolatur. Per Dominum.

Postcommunio.

Mysticis Domine repleti sumus votis & gaudiis, presta quæsumus: ut intercessionibus sanctorum martyrum tuorum Chrysanti & Dariæ, quæ temporaliter agimus, spiritualiter consequamur. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

S: Euaristi Pape &amp; mart. Oratio.

Infirmitatem nostram, &c. de communi ynius martyris pontificis.

In Vigilia Apostolorum Simonis &amp; Iude.

Oratio.

**C**oncede quæsumus omnipotens Deus, ut sicut Apostolorum tuorum Simonis & Iude gloria natalitia præuenimus: sic ad tua beneficia promerenda maiestatem tuam pro nobis ipsi præueniant. Per Dominum.

Secreta.

Muneribus nostris Domine sanctorum Apostolorum tuorum Simonis & Iude festa præcedimus, te suppliciter deprecantes: ut quæ conscientia nostræ præpediuntur obstaculis, illorum meritis grata reddantur. Per Dominum.

## Postcommunio.

Sumpto Domine sacramento suppliciter deprecamur: ut intercedenti bus beatis Apostolis tuis Simone & Iude, quod temporaliter gerimus, ad vitam capiamus æternam. Per Dominum.

In festo Apostolorum Simonis &amp; Iude.

Oratio.

**D**eus, qui nos per beatos Apostolos tuos Simonem & Iudam, ad agnitionem tui nominis venire tribuisti: da nobis eorum gloriam semipiternam, & proficiendo celebrare, & celebrando proficere. Per Dominum nostrum.

Secreta.

Gloria Domine sanctorum Apostolorum tuorum perpetuam venerantes, quæsumus: ut eam sacris mysteriis expiati, dignius celebremus. Per Dominum.

Postcommunio.

Perceptis Domine sacramentis suppliciter exoramus: ut intercedenti bus beatis Apostolis tuis Simone & Iude, quæ pro illorum veneranda gerimus passione, nobis proficiant ad medelam. Per Dominum.

In vigilia omnium Sanctorum. Oratio.

**D**omine Deus noster, multiplica super nos gratiam tuam, & quorum præuenimus gloria solennia, tribue subsequi in sancta promissione lætitiam. Per Dominum.

Secreta.

Altare tuum Domine Deus munieribus cumulamus oblatis: da quæsumus ut ad salutem nostram, omnium sanctorum tuorum precatione proficiant, quorum solennia ycta præcurrimus. Per Dominum.

Post-

# Orationes

## Postcommunio.

Sacramentis Domine & gaudiis  
optata celebitate expletis, quæsumus:  
vt eorum precibus adiuuemur,  
quorum recordationibus exhiben-  
tur. Per Dominum nostrum Iesum  
Christum.

sionibus adiuuemur. Per Dominum  
nostrum.

Secret.

Oblatis, quæsumus Domine, ple-  
care muneribus, & intercedentibus  
sanctis martyribus tuis Vitale & A-  
gricola, à cunctis nos defende peri-  
culis. Per Dominum nostrum Ie-  
sum Christum.

Postcommunio

## NOVEMBER.

### In festo omnium Sanctorum. Oratio.

**O** Mai potens sempiterne Deus,  
qui nos omnium sanctorum  
tuorum merita sub una tribuisti ce-  
lebritate venerari: quæsumus, vt de-  
sideratam nobis tuae propitiationis  
abundantiam, multiplicatis interces-  
soribus largiaris. Per Dominum no-  
strum.

Munera tibi Domine nostræ de-  
votionis offerimus: quæ & pro cun-  
ctorum tibi grata sint honore iusto-  
rum, & nobis salutaria te miserante  
reddantur. Per Dominum nostrum  
Iesum Christum.

Da, quæsumus Domine, fidelibus  
populis, omnium sanctorum tuo-  
rum semper veneratione lætari, & eo-  
rum perpetua supplicatione muniri.  
Per Dominum.

Pro commemoratione omnium fidelium  
defunctorum.

Fidelium Deus omnium, &c.

Pro commemoratione SS. Martyrum Vi-  
talii & Agricola.

**P**resta quæsumus omnipotens  
Deus, vt qui sanctorum martyrum  
tuorum Vitalis & Agricola solen-  
nia colimus, eorum apud te interces-

Hæc nos cōmuniō Domine pur-  
get à crimine, & intercedentibus san-  
ctis martyribus tuis Vitale & Agri-  
cola, cælesti remedij faciat esse con-  
sortes. Per Dñm.

In octauia omnium Sanctorum. Oratio.  
Omnipotens sempiterne Deus, &c.  
et supra in die.

Pro commemoratione sanctorum marty-  
rum Quartuor Coronatorum. Oratio.

**P**resta quæsumus omnipotens  
Deus, vt qui gloriosos martyres  
fortes in sua confessione cognoui-  
mus pios apud te in nostra interces-  
sione sentiamus. Per Dominum no-  
strum.

Benedictio tua Domine large del-  
cendat, quæ & munera nostra, depre-  
cantibus sanctis martyribus tuis, ti-  
bireddat accepta, & nobis sacra-  
mentum redemptionis efficiat. Per Do-  
minum.

Cælestibus refecti sacramentis &  
gaudiis, supplices te Domine depre-  
camur: vt quorum gloriāmūr trium-  
phis, protegāmūr auxiliis. Per Domi-  
num.

In dedicatione Basiliæ Salvatoris.  
Oratio.

Deus qui nobis per singulos, &c.  
de communi dedicationis Ecclesiæ.

Præ

*Pro commemoratione S. Theodori martyris.*

*Oratio.*

**D**eus, qui nos beati Theodori martyris tui confessione glorio sa circundas, & protegis: præsta nobis, ex eius imitatione proficere, & oratione fulciri. Per Dominum nostrum.

*Secreta.*

Suscipe Domine fidelium preces cum oblationibus hostiarum: & intercedente beato Theodoro martyre tuo, per hæc piæ deuotionis officia, ad cælestem gloriam transeamus. Per Dominum nostrum.

*Postcommunio.*

Præsta nobis, quæsumus Dñe, intercedente beato Theodoro martyre tuo: ut quod ore contingimus, puramente capiamus. Per Dominum nostrum.

**SS. Martyrum Triphonis & Respicij, & Nymphæ.**

*Oratio.*

**F**ac nos, quæsumus Dñe, sanctorum martyrum tuorum Tryphonis, Respicij, & Nymphæ, semper festa sectari: quorum lussuagii protectionis tuae dona sentiamus. Per Dominum nostrum.

*Secreta.*

Munera tibi Domine nostre deuotionis offerimus: quæ & pro tuorum tibi grata sint honore iustorum: & nobis salutaria te miserante reddantur. Per Dominum.

*Postcommunio.*

Præsta nobis, quæsumus Domine, intercedentibus sanctis martyribus tuis Tryphone, Respicio, & Nympha: ut quod ore contingimus, puramente capiamus. Per Dominum nostrum.

*In festo S. Martini Episcopi & confessoris.*

*Oratio.*

**D**eus, qui conspicis, quia ex nulla nostra virtute sublistimus: cõcede propitius. vt intercessione beati Martini confessoris tui atque pontificis, contra omnia aduersa muniamur. Per Dominum.

*Pro commemoratione S. Menæ martyris.*

*Oratio.*

**P**ræsta, quæsumus omnipotens Deus: vt, qui beati Menæ martyris tui natalitia colimus, intercessione eius in tui nominis amore roboremur. Per Dominum.

*Secreta.*

Da misericors Deus: vt hæc nos salutaris oblatio, & à propriis reatibus indesinenter expeditat, & ab omnibus tueatur aduersis. Per Dominum nostrum.

*Secreta.*

Muneribus nostris, quæsumus Domine, precibusque suscepisti: & cælestibus nos munda mysteriis, & clementer exaudi. Per Dominum nostrum.

*Postcommunio.*

Præsta, quæsumus Dñe Deus noster: ut quorum festiuitate votiva sunt sacramenta, eorum nobis salutaria in tercessione reddantur. Per Dominum nostrum.

*Postcommunio.*

Da, quæsumus Dñe Deus noster: vt sicut tuorum commemoratione sanctorum, temporali gratulamur officio: ita perpetuo lætemur aspectu. Per Dominum.

*In festo S. Martini Pape & martyris.*

*Oratio.*

**D**eus, qui nos beati, &c. de communius martyris pontificis,

## Orationes

S. Gregorij Thaumaturgi Episcopi & co-  
fessoris.

Oratio.

D A, quæsumus omnipotens Deus:  
vt beati Gregorij confessoris tui  
atque pontificis veneranda solenni-  
tas, & deuotionem nobis augeat, & fa-  
ludem. Per Dominum.

Secreta.

Sancti tui, quæsumus Domine, nos  
vbiq; lètificent; vt dum eorum meri-  
ta recolimus, patrocinia sentiamus.

Per Dominum. Postcommunio.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus:  
vt de perceptis muneribus gratias ex-  
hibentes, intercedente beato Grego-  
rio confessore tuo, atque pontifice,  
beneficia potiora sumamus. Per Do-  
minum.

In Dedicatione Bâsilicæ SS. Apostolorū  
Petri & Pauli.

Oratio.

Deus, qui nobis per singulos, &c.  
de communī Dedicationis Ecclesie.

S. Pontiani Pape & mart.

Oratio.

Infirmitatem nostram, &c. de com-  
muni viuis mart. pontificis.

In festo S. Cæciliæ virg. & mart.

Oro.

D Eus, qui nos annua beatæ Cæci-  
liæ virginis & martyris tuæ solen-  
nitate lètificas: da vt quam vene-  
ratur officio, etiam pia conuersatio-  
nis sequamur exemplo. Per Domi-  
num.

Secreta.

Hæc hostia Dñe placationis & lau-  
dis, quæsumus: vt intercedente beata  
Cæcilia martyre tua, nos propitiatio-  
ne tua dignos semper efficiat. Per  
Dominum.

Postcommunio.

Satiasti Domine familiam tuâ mu-  
neribus sacris: eius quæsumus semper  
interuenzione nos resoue, cuius folen-

nia celebramus. Per Dominum no-  
strum.

In festo S. Clementis Papæ & martyris.

Oratio.

D Eus, qui nos annua beati Cle-  
mentis martyris tui, atque pon-  
tificis solennitate lètificas: concede  
propitius: vt cuius natalitia colimus;  
virtutem quoq; passionis imitemur.  
Per Dominum.

Pro commemoratione sancte Felicitatis  
martyris.

Oratio.

P Ræsta, quæsumus omnipotens  
Deus: vt, beatæ Felicitatis marty-  
ris tuæ solennia recensentes, meritis  
ipsius protegamur, & precibus. Per  
Dominum.

Munera tibi Domine oblata san-  
ctifica, & intercedente beato Clemē  
te martyre tuo atque pontifice, per  
hæc nos à peccatorum nostrorū ma-  
culis emunda. Per Dñm.

Secreta.

Vota populi tui Dñe propitiatus  
intende: & cuius nos tribus solennia  
celebrare, fac gaudere suffragiis. Per  
Dominum.

Corporis sacri, & pretiosi sanguini-  
nis repleti libamine: quæsumus Do-  
mine Deus noster: vt, quod pia deu-  
tione gerimus, intercedente beato  
Clemente martyre tuo atque ponti-  
fice, certa redēptione capiamus. Per  
Dominum.

Supplices te rogamus omnipotens  
Deus: vt intercedentibus sanctis tuis,  
& tua in nobis dona multiplices, &  
tempora nostra disponas. Per Domi-  
num.

S. Chry-

S. Chrysogoni martyris.

Oratio.

**A**d te Domine supplicationibus nostris: ut, qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus, beati Chrysogoni martyris tui intercessione liberemur. Per Dominum nostrum.

Secreta.

Oblatis quæsumus Domine placare muneribus: & intercedente beato Chrysogono martyre tuo, à cunctis nos defende periculis. Per Dominum nostrum.

Postcommunio.

Tui Domine perceptione sacramenti, & à nostris mundemur occultis, & ab hostiis liberemur in simiis. Per. In festo S. Catharinae virginis & mart.

Oratio.

**D**eus, qui dedisti legem Moysi in summitate montis Sinai: & in eodem loco per sanctos angelos tuos

corpus beatæ Catharinæ virginis & martyris tuæ mirabiliter collocasti: præsta, quæsumus. ut eius meritum, & intercessione, ad montem, qui Christus est, peruenire valeamus. Per eundem.

Secreta.

Suscipe Domine munera, quæ in beatæ Catharinæ virginis & martyris tuæ solennitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per Dominum.

Postcommunio.

Auxilientur nobis Domine sumpta mysteria, & intercedente beata Catharina virgine & martyre tua, sempiterna faciant protectione gaudere. Per Dominum.

S. Petri Alexandrini Episcopi & martyris.

Oratio.

Infirmatem nostram respice, &c. de communione unius martyris pontificis.

## Commune Sanctorum.

In vigilia unius Apostolis.

Oratio.

**D**, quæsumus omnipotens Deus, ut beati N. Apostoli tui quam præuenimus, veneranda solennitas: & deuotionem nobis ageat & salutem. Per Dominum.

Secreta.

Apostolice reuerentiæ culmen offerimus tibi, facris mysteriis imbendum: præsta, quæsumus Domine, ut beati Apostoli tui N. suffragiis, cuius natalitia præuenimus, hæc plebs tua semper & sua vota depromat, & desi-

derata percipiat. Per Dominum nostrum.

Postcommunio.

Sancti Apostoli tui N. quæsumus Dñe, supplicatione placatus: & venia nobis tribue, & remedia sempiterna concede. Per Dominum.

In communione unius martyris pontificis.

Oratio.

**I**nfirmatem nostram respice omnipotens Deus: & quia pondus propriæ actionis grauat, beati N. martyris tui atque pontificis, intercessio gloria tua nos protegat. Per.

Secreta.

Hostias tibi Domine beati N. martyris tui atque pontificis dicatas me-

F

ritis,

## Commune

ris, benignus assūme: & ad perpetuū  
nobis tribue prouenire subsidiū. Per  
Dominum.

Postcommunio.

Refecti participatione muneris sa-  
cri, quæsumus Dñe Deus noster: vt  
beati N. martyris tui atque pontificis,  
cuius exequimur cultum, sentiamus  
effectum. Per Dominum.

De eodem communi. Oratio.

**D**eus, qui nos beati N. martyris  
tui atque pontificis annua sole-  
nitate lœtificas, concede propitius: vt  
cuius natalitia colimus, de eiusdem  
etiam protectione gaudemus. Per  
Dominum.

Secreta.

Munera tibi Domine dicata sanctifi-  
ca: & intercedente beato N. marty-  
re tuo atque pótifice, per eadē nos  
placatus intende. Per Dominum nō  
strum.

Postcommunio.

Hec nos communio, Domine, pur-  
get à crimine: & intercedente beato  
N. martyre tuo, atq; pótifice, cœlestis  
remedij faciat esse consortes. Per Do-  
minum.

In communi viuis martyris nō pontificis.

Oratio.

**P**raesta, quæsumus omnipotens  
Deus: vt qui beati N. martyris tui  
natalitia colimus: intercessione eius  
in tui nominis amore roboremur. Per  
Dominum.

Secreta.

Muneribus nostris, quæsumus Do-  
mine, precibusq; suscepitis: & cœlesti-  
bus nos munda mysteriis, & clemen-  
ter exaudi. Per.

Postcommunio.

Da, quæsumus Dñe Deus noster:  
vt sicut tuorum commemoratione san-  
ctorum temporali gratulamur offi-

cios: ita perpetuo letemur aspeetu. Per  
Dominum.

De eodem communi. Oratio.

**P**raesta, quæsumus omnipotens  
Deus: vt intercedente beato N.  
martyre tuo, & à cunctis aduersitati-  
bus liberemur in corpore, & à prauis  
cogitationibus mundemur in mente.  
Per Dominum.

Secreta.

Accepta sit in conspectu tuo Do-  
mine, nostra deuotio: & eius nobis  
fiat supplicatione salutaris, pro cuius  
solemnitate defertur. Per Dominum  
noscum.

Postcommunio.

Refecti participatione muneris sa-  
cri, quæsumus Domine Deus noster,  
vt sancti N. martyris tui, cuius exequi  
mur cultum, sentiamus effectum. Per  
Dominum.

In communi viuis martyris, tā pontificis  
quam non pontificis tempore Paschali  
orationes dicuntur, vt supra in eodem  
communi.

In communi plurimorum martyrum tem-  
pore Paschali, & extra tempus Pas-  
chale.

Pro pluribus Pontificibus & martyribus.

Oratio.

**B**eatorum martyrum tuorum p<sup>a</sup>  
riterq; pontificum N. & N. nos  
quæsumus Dñe, festa tueantur: & eo-  
rum commendet oratio veneranda.  
Per Dominum.

Secreta.

Adesto Dñe supplicationibus no-  
stris, quas in sanctorum tuorum com-  
memoratione deferimus: vt qui, no-  
stræ iustitiae fiduciam non habemus,  
eorum, qui tibi placuerunt, meritis  
adiuuemur. Per Dñm.

Post.

## Postcommunio.

**Q**uæsumus Dñe salutaribus repletis mysteriis: ut quorum solennia celebremus, eorum orationibus adiuuemur. Per Dominum.

**P**ro pluribus martyribus non pont. Ofo.

**D**eus, qui nos concedis sanctorum martyrum tuorum N. & N. natalitia colere: da nobis in æterna beatitudine de eorum societate gaude-re. Per Dominum. Secreta.

Munera tibi Dñe nostræ deuotio-nis offerimus, quæ & pro tuorum tibi grata sint honore iustorum: & nobis salutaria te miserante reddantur. Per Dominum. Postcommunio.

Praesta nobis quæsumus Dñe, intercedentibus sanctis martyribus tuis, N. & N. ut quod ore contingimus, pu-ra mente capiamus. Per Dominum.

De eodem communi. Oratio.

**D**eus, qui nos annua sanctorum martyrum tuorum N. & N. solen-nitate lœtificas: concede propitius, ut quorum gaudemus meritis, instrua-mur exemplis. Per Dñm. Secreta.

Oblatis quæsumus Domine, placa-re muneribus: & intercedentibus sanctis tuis N. & N. à cunctis nos defende periculis. Per Dominum nostrum Iesum Christum. Postcommunio.

Hec nos communio Domine, pur-gat à crimine: & intercedentibus sanctis martyribus tuis N. & N. cœlestis remedij faciat esse confortes. Per Do-minum.

In communi confes. Pontifi. Oratio.

**D**a quæsumus omnipotens De: vt beati N. confessoris tui atq;

pontificis veneranda solennitas: & deuotionem nobis augest & salutem. Per Dominum. Secreta.

Sæcti tui quæsumus Domine, nos ubique lœtificent: ut dum eorum me-rita recolimus, patrocinia sentiamus. Per Dominum. Postcommunio.

Praesta quæsumus omnipotens De:, ut de perceptis muneribus gratias exhibentes, intercedete beato N. cōfessore tuo atque pontifice, beneficia potiora sumamus. Per Dñm.

De eodem communi. Oratio.

**E**xaudi quæsumus Domine pre-cess nostras, quas in beati N con-fessoris tui atque pontificis solennita-te deferimus: & qui tibi dignè meruit famulari, eius intercedentibus meritiis, ab omnibus nos absolve peccatis. Per Dominum. Secreta.

Sancti N. confessoris tui atque po-tificis, quæsumus Dñe, annua solenni-tas pictati tue nos reddat acceptos: ut per hæc piz placationis officia, & illum beata retributio comittetur, & nobis gratiæ tue dona conciliet. Per Dominum. Postcommunio.

Deus fidelium remunerator animarum, præsta ut beati N. cōfessoris tui atque pontificis, cuius venerandæ ce-lebramus festiuitatem: precibus eius indulgentiam consequamur. Per.

In communi Doctorum. Oratio.

**D**eus qui populo tuo æternæ sa-lutis beatum N. ministrum tri-buisti, præsta quæsumus, ut quem do-storem vitæ habuimus in terris, in-tercessorem habere mereamur in ca-lis. Per Dominum.

## Commune

### Secreta.

Sancti tui N. nobis Domine, pia non desit oratio: quae & munera nostra conciliet, & tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per Dominum.

### Postcommunio.

Vt nobis Domine tua sacrificia dent salutem, beatus N. confessor tuus & doctor egregius precator accedit. Per Dominum.

In communi confessoris non Pontificis.

### Oratio.

D<sup>e</sup>us, qui nos beati N. confessoris tui annua solennitate latiferas: concede propitijs, vt cuius natalitia colimus, etiā actiones imitemur. Per Dominum.

### Secreta.

Laudis tibi Dñe hostias immolamus in tuoru commemoratione sanctorum: quibus nos & praesentibus ex ui malis confidimus, & futuris. Per Dominum.

### Postcommunio.

Refecti cibo, potuq; celesti, Deus noster, te supplices exoramus: vt in cuius hæc commemoratione percepiamus, eu<sup>m</sup> muniamur & precibus. Per.

De eodem communi. Oratio.

Adesto Dñe supplicationibus nostris quas in beati N. confessoris tui solennitate deferimus: vt qui nostre iustitiae fiduciam non habemus, eius qui tibi placuit, precibus adiuveremur. Per Dominum.

### Secreta.

Praesta nobis, quæsumus omnipotens Deus: vt nostræ humilitatis oblatione, & pro tuorum tibi grata sit honore sanctorum, & nos corpore pariter & mente purificias. Per Dominum nostrum.

### Postcommunio.

Quæsumus omnipotens Deus, vt qui cælestia alimenta percepimus, in tercedente beato N. confessore tuo, per hæc contra omnia aduersa muniamur. Per Dominum.

De eodem communi pro Abbatibus.

### Oratio.

I<sup>n</sup>tercessio nos, quæsumus Domine, beati N. Abbatis commendet: vt quod nostris meritis non valemus, eius patrocinio assequamur. Per Dominum.

### Secreta.

Sacris altaribus Dñe hostias superpositas, sanctus N. Abbas, quæsumus, in salutem nobis prouenire depositat. Per Dominum.

### Postcommunio.

Protegat nos Domine, cū tui perceptione sacrameti beatus N. Abbas pro nobis intercedendo: vt & cœversationis eius experiamur insignia, & intercessionis ipsius percipiamus suffragia. Per Dominum.

In communi Virginum.

Pro virginie & martyre. Oratio.

D<sup>e</sup>us, qui inter cætera potentia tua miracula etiam in flexu fragili, victoriæ martyrij contulisti: concede propitijs: vt qui beatæ N. virginis & martyris tue natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per Dominum.

### Secreta.

Suscipe Domine munera, que in beatæ N. virginis & martyris tue solennitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per Dominum.

### Postcommunio.

Auxilietur nobis Domine sumpta mysteria: & intercedente beata N.

N. virgine & martyre tua: sempiterna faciat protectione gaudere. Per Dominum.

*Item pro virginē & martyre. Oratio.*

**I**ndulgentiā nobis, quæsumus Domine, beata N. virgo & martyr im ploret: quæ tibi grata semper extitit, & merito castitatis, & tuæ professiōne virtutis. Per Dñm. *Secreta.*

Hostias tibi Domine beatę N. virginis & martyris tuæ dicatas meritis, benignus assume: & ad perpetuū nobis tribue prouenire subsidium. Per Dominum. *Postcommunio.*

Divini munera largitate satiati, quæ sumus Dñe Deus noster, vt intercedē te beatę N. virgine & martyre tua, in eius semper participatione viuamus. Per Dominum.

*In communī plurim virginum & martyrum. Oratio.*

**D**a nobis, quæsumus Domine Deus noster, sanctarum virginū & martyrum tuarum N. & N. palmas incessibili veneratione venerari: vt quas digna mente non possumus celebrare, humilibus saltem frequenter obsequiis. Per Dominum nostrum. *Secreta.*

Intende, quæsumus Domine, munera, altaribus tuis pro sanctarū martyrum & virginum tuarum N. & N. festiuitate proposita: vt sicut per hæc beata mysteria illis gloriā contulisti, ita nobis indulgentiam largiaris. Per Dominum. *Postcommunio.*

*Præsta nobis, quæsumus Dñe, intercedentibus sanctis martyribus, atque virginibus tuis: vt quod ore com-*

tingimus, pura mente capiamus. Per Dominum.

*Pro virginē tantum. Oratio.*

**E**xaudi nos Deus salutaris noster, vt sicut de beatæ N. virginis tuæ festiuitate gaudemus, ita piæ de uotionis erudiamur affectu. Per Dominum. *Secreta.*

Accepta tibi sit Dñe sacratæ plebis oblatio, pro tuorum honore sacerdotum: quorum se meritis de tribulacione percepisse cognoscit auxilium. Per Dominum. *Postcommunio.*

Satiasti Dñe familiam tuam munib⁹ sacris: eius, quæsumus, semper in teruentione nos refoue, cuius solennia celebramus. Per Dominum.

*In communī non virginum.*

*Pro una martyre non virginē. Oratio.*

**D**eus, qui inter cetera potentiae tuæ miracula, etiam in sexu fragili victoriam martyrij contulisti: cōcede propitijs: vt, qui beatę N. martyris tuę natalitia colimus, per eius adeste exempla gradiamur. Per.

*Si fuerint plures. Oratio.*

**D**a nobis, quæsumus Dñe Deus noster, sanctarum martyrum tuarum N. & N. palmas incessibili veneratione venerari: vt quas digna mente nō possumus celebrare, humilibus saltem frequenter obsequiis. Per Dominum. *Secreta.*

Suscipe Domine munera, quæ in beatæ N. martyris tuæ solennitate deferimus, cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per Dominum nostrum.

## Commune

Si fuerint plures.

**I**ntende, quæsumus Domine munera, altaribus tuis pro sanctarum martyrum tuorum N. & N. festiuitate proposita: ut sicut per hæc beata mysteria illis gloriam contulisti, ita nobis indulgentiâ largiaris. Per Dominum.

*Postcommunio.*

Auxilientur nobis Domine sumpta mysteria: & intercedente beata N. martyre tua: sempiterna faciant protectione gaudere. Per Dominum nostrum.

Si fuerint plures.

*Postcommunio.*

**P**ræsta nobis, quæsumus Domine, intercedentibus sanctis martyribus tuis: ut quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per Dñm.

*Pro nro virgine nec martyre. Oratio.*

**E**xaudi nos Deus salutaris noster: ut sicut de beatæ N. festiuitate gaudemus, ita piæ deuotionis erudiamur affectu. Per.

*Secreta.*

Accepta tibi sit Dñe sacratæ plebis oblatio, pro tuorum honore sanctorum, quorum se meritis de tribulacione percepisse cognoscit auxilium. Per Dominum.

*Postcommunio.*

Satiasisti Dñe familiam tuam munericibus sacris: eius, quæsumus, semper interuentione nos resoue, cuius solennia celebramus. Per Dominum nostrum.

*In anniversario Dedicationis Ecclesie.*

*Oratio.*

**D**eus, qui nobis per singulos annos, huius sancti templi tui consecrationis reparas diē, & sacris semper mysteriis representas in columnis;

exaudi preces populi tui, & præsta ut, quisquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur, cuncta se impetrasset laetetur. Per Dominum nostrum.

*Secreta.*

Annue, quæsumus Domine, precibus nostris, ut quicunque intra templi huius, cuius anniversarium Dedicationis diem celebramus, ambitu continemur, plena tibi atque perfecta corporis & animæ deuotione placeamus: ut dum hæc vota præsentia reddimus, ad æterna præmia, te adiuante, peruenire mereamur. Per Dominum.

*Postcommunio.*

Deus, qui de viuis & electis lapidibus æternum maiestati tuæ preparas habitaculum: auxiliare populo tuo supplicanti, ut quod Ecclesiæ tuæ proficit corporalibus spatiis, spirituilibus amplificetur augmentis. Per Dominum.

*In ipsa die Dedicationis Ecclesie.*

*Oratio.*

**D**eus, qui invisibiliter omnia contines, & tamen pro salute generis humani signatuæ potentie visibili ostendis: templum hoc potentia tuæ inhabitacionis illustra: & concede, ut omnes, qui huc deprecatur conueniunt, ex quacunque tribulatione ad te clamauerint, consolationis tuæ beneficia consequantur. Per Dominum.

*Secreta.*

Deus, qui sacrando rum tibi actores munierum, effunde super hanc orationis dominum benedictionem tuam: ut ab omnibus in ea inuocantibus nomen tuum, defensionis tuæ sentia-

tut.

etur auxilium. Per Dominum nostrum.  
Postcommunio.

Quæsumus omnipotens Deus, ut in hoc loco, quem nomini tuo indigni dedicauimus, cunctis potentibus aures tuæ pietatis accommodet. Per Dominum.

In ipsa dic dedicationis altaris. Oratio.

**D**eus, qui ex omni coaptatione sanctorum æternum tibi condid habitatculum: da ædificationi tuæ incrementa cælestia: ut quorum hic reliquias pio amore complectimur, eorum semper meritis adiuuemur. Per Dominum.

Secreta.

Omnipotens sempiterne Deus, altare hoc nomini tuo ædificatum cælestis virtutis benedictione sanctifica, & omnibus in te sperantibus auxiliis tui munus ostende, ut hic sacramentorum virtus, & votorum obtineatur effectus. Per Dominum nostrum.

Postcommunio.

Quæsumus omnipotens Deus: ut in hoc loco nomini tuo dicato, cunctis potentibus aures tuæ pietatis accommodes. Per Dominum.

### Orationes votuæ.

De sancta Trinitate. Oratio.

**O**mnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia maiestatis adorare unitatem: quæsumus, ut eiusdem fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur aduersis. Per Dominum.

Secreta.

Sanctifica, quæsumus Domine

Deus noster, per tui sancti hominis inuocationem, huius oblationis hostiam, & per eam nosmetipso perfice munus eternum. Per Dominum.

Postcommunio

Proficiat nobis ad salutem corporis & animæ, Domine Deus noster huius sacramenti, suscepit & sempiterne sanctæ Trinitatis, eiusdemque indiuiduæ unitatis confessio. Per Dominum.

Pro gratiarum actione. Oratio.

**D**eus, cuius misericordia non est numerus, & bonitatis infinitus est thesaurus, piissimæ maiestati tuæ pro collatis donis gratias agimus, tuâ semper clementiæ exorates, ut qui pertinentibus postulata concedis, eosdem non deserens, ad præmia futura disponas. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Secreta.

Odorem Domine, sacrificij huius cum gratiarum actionibus suscipe suavitatis, & præsta: ut quos exaudiere, & incolumes seruare dignatus es, ab omni in posterum aduersitate custodias: & in tuo seruitio & amore concrescant. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Postcommunio.

Deus, qui neminem in te sperantem, nimium affligi permittis, sed pius precibus præstas auditum: pro postulationibus nostris, votisque susceptis gratias agimus: te piissime deprecantes, ut per haec, quæ sumptuosa, à cunctis eripi mereamur aduersis. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

## Commune

De Angelis.

Oratio:

**D**eus qui miro ordine angelorum ministeria hominumque dispensas: concede propitius, ut quibus tibi ministrantibus in celo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniantur. Per Dominum.

Secreta.

Hostias tibi Domine laudis offerimus, suppliciter deprecantes: ut easdem angelico pro nobis interueniente suffragio, & placatus accipias, & ad salutem nostram prouenire concedas. Per Dominum.

Postcommunio.

Repleti Domine benedictione celesti, suppliciter imploramus: ut quod fragili celebramus officio, sanctorum Angelorum atque Archangelorum nobis prodesse sentiamus auxilio. Per Dominum.

De SS. Apost. Petro & Paulo. Oratio.

¶ Deus cuius dextera, &c. ut supra in olla uia ipsorum.

De Spiritu sancto. Oratio.

**D**eus, qui corda fidelium, sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere. Per Dñm.

Secreta.

Munera quæsumus Domine oblatas sanctifica: & corda nostra sancti Spiritus illustratione emuda. Per Dominum.

Postcommunio.

Sancti spiritus, quæsumus Domine, corda nostra mundet insulso: & sui roris intima aspersione secundet. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Ad postulandam gratiam spiritus sancti.

Oratio.

**D**eus, cui omne cor patet, & omnii voluntas loquitur, & quæ nullum latet secretum, purisca per in fusionem sancti Spiritus cogitationes cordis nostri: ut te perfecte diligere, & dignè laudare mereamur. Per Dominum.

Secreta.

Hæc oblatio, quæsumus Domine, cordis nostri maculas emundet: ut sancti Spiritus digna efficiatur habita tio. Per Dñm.

Postcommunio.

Concede quæsumus omnipotens Deus, sanctum nos spiritu votis promereri sedulis: quatenus eius gratia, & ab omnibus libcremur temptationibus, & peccatorum nostrorum indul gentiam mereamur accipere. Per Dominum.

De sancta Cruce. Oratio.

**D**eus, qui unigeniti filij tui pretioso sanguine, viuificæ Crucis vexillum sanctificare voluisti: concede quæsumus, eos qui eiusdem sancte Crucis gaudent honore, tua quoque ubiq; protectione gaudere. Per eundem Dominum.

Secreta.

Hæc oblatio, quæsumus Domine, ab omnibus nos purget offendis: que in ara Crucis immolata, etiam torius mundi tulit offendam. Per Dominum nostrum.

Postcommunio.

Adesto nobis Domine Deus noster: & quos sancte Crucis latari facis honore, eius quoq; perpetuis defende subsidius. Per Dominum nostrum.

Tempore Paschali, loco prime orationis,  
dicitur sequens. Oratio.

**D**eus, qui pro nobis filium tuum  
Crucis patibulum subire volui-  
sti, ut inimici à nobis expelleres pote-  
statem cōcede nobis famulis tuis, ut  
resurrectionis gratiam cōsequamur.  
Per eundem.

De Passione Domini nostri Iesu Christi.

Oratio.

**D**omine Iesu Christe, qui de cæ-  
lis ad terram de sinu Patris des-  
cendisti, & sanguinem tuum pretio-  
sum in remissionem peccatorum no-  
strorum fudisti: te humiliter depreca-  
mur, ut in die iudicij ad dexterā tuam  
audire mereamur: Venite benedicti.  
Qui viuis. Secreta.

Oblatum tibi Domine sacrificiū,  
intercedente vnigeniti filij tui passio-  
ne, viuiscet nos semper & muniat.  
Qui tecum viuit. Postcommunio.

Domine Iesu Christe fili Dei viui,  
qui hora sexta, pro redēptione mū-  
di, crucis patibulum ascendisti, & san-  
guinem tuum pretiosum in remissio-  
nem peccatorum nostrorum fudisti:  
te humiliter deprecamur, ut post obi-  
tum nostrū, paradisi ianuas nos gau-  
denter introire concedas. Qui viuis  
& regnas.

De S. Maria ab Adve[n]tu usque ad Nati-  
uitatem. Oratio.

**D**eus, qui de beatæ Mariae Virgi-  
nis vtero, verbum tuum, angelo:  
nunciante, carnem suscipere voluisti  
præsta supplicibus tuis, ut qui verè cā-  
genitricē Dei credimus, eius apud te  
intercessionib⁹ adiuuemur. Per eūdē-

45. Secreta. ited & loco 28

In mentibus nostris, quæsumus Do-  
mine, veræ fidei sacramenta confir-  
ma, vt qui conceptū de Virgine, Deū  
verum & hominem confitemur, per  
eiusdem salutiferæ resurrectionis po-  
tentiam, ad æternam mereamur per-  
uenire lætitiam. Per eundem Domi-  
num. Postcommunio.

Gratiam tuam, quæsumus Domi-  
ne, mentibus nostris infunde: ut qui  
angelo nunciante, Christi filij tui in-  
carnationem cognouimus, per pas-  
sionē eius & crucem ad resurrec-  
tions gloriam perducamur. Per eundē  
Dominum.

De S. Maria à Natiuitate usque ad Puri-  
ficationem. Oratio.

**D**eus, qui salutis æterne beatæ Ma-  
riæ virginitate fecunda, huma-  
no generi præmia præstasti: tribue  
quæsumus, ut ipsam prō nobis inter-  
cedere sentiamus: per quam merui-  
mus auctorem vitæ suscipere Domi-  
num nostrum Iesum Christum filiū  
tuum. Qui tecum. Secreta.

Muneribus nostris, quæsumus Do-  
mine, precibusque suscepisti: & cæle-  
stibus nos munda mysteriis, & clemē-  
ter exaudi. Per Dñm. Postcommu-

Hec nos communio Domine pur-  
get à crimine, & intercedente beata  
Dei genitrice Maria: cælestis remedij  
faciat esse consortes. Per eundem.

De S. Maria à Purificatione usque ad Ad-  
uentum. Oratio.

**C**oncede nos famulos tuos, quæ-  
sumus Domine Deus, perpetua  
mentis & corporis sanitatis gaudere:

## Commune

& gloria beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, à præsenti libera-  
ri tristitia, & æterna perfaci latitiae.  
Per Dominum.

Secreta.

Tua Domine propitiatiōne, & bea-  
tæ Mariæ semper Virginis intercessio-  
ne, ad perpetuam atque præsentem,  
hæc oblatio nobis proficiat prospe-  
ritatem & pacem. Per Dominum no-  
strum.

Postcommunio.

Sūptis Domine salutis nostræ sub-  
fidiis, da quæsumus, beatæ Mariæ sem-  
per Virginis, patrocinii nos ubique  
protegi, in cuius veneratione hæc  
tuæ obtulimus maiestati. Per Do-  
minum.

Pro quacunque necessitate. Oratio.

I Neffabilem misericordiam tuam  
Domine, nobis clementer ostendere: vt simul nos & à peccatis omni-  
bus exuas, & à poenis quas pro his  
meremur eripiās. Per Dñm. Secreta.

Purifīcat nos Dñe quæsumus, mu-  
neris præsentis oblatio: & dignos sa-  
cra participatione perficiat. Per Do-  
minum.

Postcommunio.

Præsta quæsumus Domine, vt ter-  
renis affectibus expiat, ad superni  
plenitudinem sacramenti, cuius liba-  
uimus sancta tendamus. Per Dominū  
nōstrum.

Postcommunio.

Pro peccatis. Oratio.  
Exaudi quæsumus Domine sup-  
plicum preces, & confitentium  
tibi parce peccatis: vt pariter nobis  
indulgentiam tribuas benignus & pa-  
cem. Per Dominum.

Secreta.

Hostias tibi Domine placationis  
& laudis offerimus: vt & delicta no-

stra miseratus absoluas, & nutantia  
corda tu dirigas. Per Dominum no-  
strum.

Postcommunio.

Præsta nobis æterne salvator, vt  
percipiētes hoc munere veniam pec-  
catorum, deinceps peccata vitemus.  
Per Dominum.

Pro eligendo Summo Pontifice sede 94.  
cante. Oratio.

S Vpplici Domine humilitate de-  
poscimus, vt sacrosanctæ Roma-  
næ Ecclesiæ concedat Pontificem il-  
lum tua immensa pietas, qui & pio  
in nos studio semper tibi placitus, &  
tuo populo pro salubri regimine sit  
assiduè ad gloriam tui nominis reue-  
rendus. Per Dominum.

Secreta.

Tuæ nobis Domine abundantia  
pietatis indulgeat: vt per sacra mune-  
ra, que tibi reuerenter offerimus, gra-  
tum maiestati tuæ pontificem sancte  
matris Ecclesiæ regimini præesse  
gaudeamus. Per.

Postcommunio.

Pretiosi corporis & sanguinis tui  
nos Domine, sacramēto r̄fectos, mi-  
rifica tuæ gratia maiestatis de illius  
summi Pontificis confessione latifi-  
cet: qui & plebem tuam virtutibus in-  
struat, & fidelium mentes spiritualiū  
aromatū odore perfundat. Qui vi-  
uis & regnas.

Ad tollendum Schisma, vel pro quacun-  
que necessitate Ecclesiæ. Oratio.

D Eus, qui errata corrigis, & dis-  
persa congregas, & congregata  
conservas: quæsumus super populum  
Christianum tuæ vniōnis gratiā cle-  
menter infunde: vt diuisione reic̄ta,  
vero pastori Ecclesiæ tuæ se vniens,  
tibi

Tibi dignè valeat famulari. Per Dominum.

*Secreta.*

Munera hæc pro vnione populi Christiani tibi Domine oblata sanctiifica: per quæ vnitatis & pacis in Ecclesia tua nobis dona cōcede. Per Dominum.

*Postcommunio.*

Hæc tua Dñe sumpta sacra cōmunicio, sicut fidelium in te vnonem præsignat, sic in tua Ecclesia vnitatis, quæ sumus, operetur effectum. Per.

*Contra paganos.* *Oratio.*

**O**mnipotens sempiterne Deus, in cuius manu sunt omnium potestates, & omnium iura regnum, res pice in auxilium Christianorū: vt, gentes paganorū, quæ in sua feritate confidunt, dexteræ tuæ potentia contentrantur. Per Dominum.

*Secreta.*

Sacrificium Domine, quod immolamus, intēde: vt propugnatores tuos ab omni eruas paganorū nequitia, & in tuae protectionis securitate constituas. Per Dominum.

*Postcommunio.*

Protector noster aspice Deus, & propugnatores tuos à paganorum defende periculis: vt ab omnibus porturbationibus semoti, liberis tibi mentibus seruant. Per Dominum.

*Tempore belli.* *Oratio*

**D**eus, qui conteris bella, & impugnatores in te sperantium, potestia tuae defensionis expugnas: auxiliare famulis tuis implorantibus misericordiam tuam: vt omnium inimicorum suorum feritate depressa, inef fabili te gratiarū actione laudemur. Per Dominum.

*Secreta.*

Sacrificium Dñe, quod immolam̄,

intende placatus: vt ab omnibus nos eruat bellorū nequitiis, & in tuae protectionis securitate constituat. Per Dominum.

*Postcommunio.*

Deus regnum omnium regūq; dominator: qui nos & percutiendo fanas, & ignoscendo conseruas prætende nobis misericordiam tuam: vt tranquillitate pacis tua potestate seruata, ad remedia correctionis vtamur. Per Dominum.

*Pro pace.* *Oratio.*

**D**eus, à quo sancta desideria, recta consilia, & iusta sunt opera: da seruistuis illam quam mundus dare non potest pacem: vt corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine tempora sint tuae protectione tranquilla. Per Dominum nostrum.

*Secreta.*

Deus, qui credentes in te populos nullis siniſ concutī terroribus: dignare preces & hostias dicatae tibi plebis suscipere: vt pax à tua pietate concessa, Christianorum fines ab omni hoste faciat esse securos. Per Dominum nostrum.

*Postcommunio.*

Deus auctor p̄c̄is & amator: quæ nosse, vivere: cui seruire, régnerare est: protege ab omnibus impugnationibus supplices tuos: vt qui in defensione tua confidimus, nullius hostilitatis arma timeamus. Per Dñm.

*Pro ritanda mortalitate.* *Oratio.*

**D**eus, qui nō morte, sed penitentiā desideras peccatorū: populū tuū ad te reuertente propitius respice: vt dum tibi deuotus existit, iracundia tua flagella ab eo amoureas. Per.

*Secreta.*

son auditum de *Secreta.*

**S**ubueniat nobis Domine sacrificij praesentis oblatione: quæ nos & ab erroribus vniuersis potenter absoluat, & à totius eripiat perditionis incursum. Per Dominum. *Postcommunio.*

Exaudi nos Deus salutaris noster, & populum tuum ab iracundia tua & terroribus liberum misericordia tua fac largitate securum. Per Dñm.

*Pro infirmis.*

*Oratio.*

**O**Mnipotens sempiterne Deus, saluus æterna credentium exaudi nos pro famulis tuis infirmis, pro qui bus misericordia tua imploramus auxilium: ut reddit a sibi sanitatem, gratiarum tibi in Ecclesia tua referant actiones. Per Dñm. *Secreta.*

Deus sub cuius nutibus vita nostra momenta decurrunt, suscipe preces & hostias famulorum tuorum, pro quibus ægrotantibus misericordiam tuam imploramus: ut de quorum periculo metuimus, de eorum salute letemur. Per Dominum nostrum Iesum Christum. *Postcommunio.*

Deus infirmitatis humanæ singula re præsidium: auxilij tui super infimos famulos tuos ostende virtutem: ut ope misericordia tua adiuti, Ecclesiæ tuae sanctæ incolumes representari mereantur. Per Dominum nostrum.

*Pro sponso & sponsa.* *Oratio.*

**D**eus, qui tam excellenti mysterio, coniugalem copulam consecrasti, ut Christi & Ecclesiæ Sacramentum præsignares in foedere nuptiarum: præsta, quæsumus, ut quod

nostro ministratur officio, tua benedictione potius impleatur. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum. *Secreta.*

Suscipe, quæsumus Domine, pro sacra connubij lege munus oblatum: & cuius largitor es muneris, operis esto dispositor. Per Dominum nostrum.

*Super sponsum & sponsam.* *Oratio.*

**P**ropitiare Domine supplicationibus nostris: & institutis tuis, qui bus propagationem humani generis ordinasti, benignus assiste: ut quod te auctore iungitur, te auxiliam te serueretur. Per Dominum nostrum Iesum Christum. *Oratio.*

Deus, qui potestate virtutis tuae de nihilo cuncta fecisti: qui dispositis vniuersitatis exordiis, homini ad imaginem Dei facto, ideo inseparabile mulieris adiutorium condidisti, ut scemine corpori de virili daret carne principium: docens quod ex uno placuissest institui, nunquam licet disiungi. Deus, qui tam excellenti mysterio coniugalem copulam consecrasti, ut Christi & Ecclesiæ Sacramentum præsignares in foedere nuptiarum. Deus per quem mulier iungitur viro, & societas principaliter ordinata, ea benedictione donatur, quæ sola, nec per originalis peccati pœnam, nec per diluvij est ablata sententiæ. Respice propitius super hanc famulâ tuâ, quæ maritali iungenda consortio, tua se expertit protectione muniri. Sit in ea iugun dilectionis & pacis: fidelis & casta nubat in Christo: imitatrix.

tatrixq; sanctorum permaneat fœminarum. Sit amabilis, vt Rachel viro suo. Sapiens, vt Rebeca. Longæua & fidelis, vt Sara. Nihil in ea ex actibus suis ille autor præuaricationis usurpet. Nexa fidei, mandatisque permaneat, vni thoro iuncta. Contactus illicitos fugiat. Muniat infirmitatem suam robore disciplinæ. Sit verecundia grauis, pudore venerabilis, doctri-  
nis cœlestibus erudita. Sit fœcunda in sobole, sit probata & innocens. Et ad beatorum requiem, atque ad cœlestia regna perueniat. Et videant ambo filios filiorum suorum, usque ad tertiam & quartam generationem: & ad optatam perueniant senectutem. Per Dñm.

## Postcommunio.

Quæsumus omnipotens Deus, instituta prouidentiæ tuæ pio fauore comitare: & quos legitima societate connectis, longæua pietate custodi. Per Dñm.

Deus Abraham, Deus Isac, & Deus Jacob sit vobis cum: & ipse adimpleat benedictionem suam in vobis: vt videatis filios filiorum vestrorum usque ad tertiam & quartam generationem: & postea vitam æternam habeatis sine fine, adiuuante Domino nostro Iesu Christo: qui cum Parre & Spiritu sancto vivit & regnat Deus Per omnia secuia seculorum. Amen.

Ad poscenda suffragia sanctorum.

## Oratio.

Concede quæsumus omnipotens Deus, vt intercessio nos sancta Dei genitricis Marie, sanctorumque omnium Apostolorum, mar-

tyrum, confessorum, atque virginum, & omnium electorū tuorum, ubique letificet: vt dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus. Per Dominum.

Secreta.

Oblatis Domine placare muneribus, & intercedentibus omnibus sanctis tuis, à cunctis nos defende periculis. Per Dñm.

## Postcommunio.

Sumpsimus Domine, beate Marie semper Virginis, & omnium sanctorum tuorum memoriam recolentes, sacramenta cœlestia: praesta quæsumus, vt quod temporaliter gerimus, æternis gaudiis cœlequamur. Per Dominum nostrum.

Alia oratio, vt supr. Oratio.

A Cunctis nos, quæsumus Domine, mentis & corporis defende periculis: & intercedente beata & gloriola semperque Virgine Dei genitrici Maria, cu[m] beatis Apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis, salutem nobis tribue benignus & pacem: vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, Ecclesia tua secura tibi seruat libertatem. Per Dominum.

Secreta.

Exaudi nos Deus salutaris noster, vt per huius sacramenti virtutem, à cunctis nos mentis & corporis hostiis tacaris, gratiam tribuens in presenti, & gloriam in futuro. Per Dominum.

## Postcommunio.

Mundet & muniat nos, quæsumus Domine, diuini sacramenti nivus oblatum: & intercedente beata Virgine Dei genitrici Maria, cu[m] beatis Apostolis tuis Petro & Paulo, acq; beato

## Communē

beato N. & omnibus sanctis: a cūctis nos reddat & peruersitatibus expiatos, & aduersitatibus expeditos. Per Dominum.

Pro omni gradu Ecclesie. Oratio.

O Mnipotens sempiterne Deus, cuius spiritu totum corpus Ecclesiae sanctificatur & regitur: exaudi nos pro vniuersis ordinibus supplcantes: vt gratię tuę munere, ab omnibus tibi gradibus fideliter seruiatur. Per Dominum.

Secreta.

Da famulis tuis Domine indulgētiam peccatorum, consolationem vi-  
tae, gubernationem perpetuam: vt ti-  
bi seruientes, ad tuam iugiter miseri-  
cordiam peruenire mereamur. Per  
Dominum.

Postcommunio.

Libera, quæsumus Domine à pec-  
catis & hostibus tibi famulos suppli-  
cantes: vt in sancta conuersatione vi-  
uentes, nullis afficiantur aduersis. Per  
Dominum.

Pro Papa. Oratio.

D eus omnium fidelium pastor  
& rector, famulū tuum N. quē  
pastorem Ecclesiae tuę præesse vo-  
luisti, propitius respice: da ei quæsumus,  
verbo & exemplo quibus pre-  
est, proficere: vt ad vitam vñā cū gre-  
ge sibi credito perueniat sempiter-  
nam. Per Dominum.

Secreta.

Oblatis quæsumus Domine, pla-  
re muneribus, & famulū tuum N.  
quēm pastorem Ecclesiae tuę pre-  
fesse voluisti, assidua protectione gu-  
berna. Per Dominum nostrum Ie-  
sum Christum.

Postcommunio.

Hec nos, quæsumus Domine, diui-

ni sacramenti perceptio protegat: &  
famulum tuum N. quem pastorem  
Ecclesiae tuę præesse voluisti, vñā cū  
commisso sibi grege saluet semper,  
& muniat. Per Dominum.

Pro Imperatore. Oratio.

D eus regnum omnium, & Chri-  
stiani maxime protector impe-  
rij: da seruo tuo Imperatori N. trium-  
phum virtutis tuę scienter excolere:  
vt qui tua constitutione est princeps,  
tuo semper munere sit potens. Per  
Dominum.

Secreta.

Suscipe Domine preces & hostias  
Ecclesie tuę pro salute famuli tui sup-  
plicantis: & in protectione fidelium po-  
pulorum, antiqua brachij tui operare  
miracula: vt superatis pacis inimicis,  
secura tibi seruat Christiana libe-  
tas. Per Dñm.

Postcommunio.

Deus, qui ad predicandum éterni  
regis Euangelium Romanum Impe-  
rium præparasti, prætēde famulo tuo  
Imperatori N. arma cælestia: vt pax  
Ecclesiastū nulla turbetur tempesta-  
te bellorum. Per Dominum.

Pro Rege. Oratio.

Q uæsumus omnipotens Deus: vt  
famulus tuus N. rex nostcr, qui  
tua miseratione suscepit regni guber-  
nacula, virtutum etiam omnium per-  
cipiat incrementa: quibus decenter  
ornatus, & vitiorum monstra deuita-  
re, & ad te, qui via, veritas & vita es,  
gratiosus valeat peruenire. Per Do-  
minum.

Secreta.

Munera, quæsumus Domine, obla-  
ta sanctifica: vt & nobis vñigeniti tui  
corpus & sanguis siant, & regi nostro  
ad

ad obtinendā animæ corporisq; salutem: & ad peragendum iniunctum officium, te largiente vñquequaq; proficiant. Per eundem Dominum nostrum.

## Postcommunio

Hec, Domine, oblatio salutaris famulum tuum N. regem nostrum ab omnibus tueatur aduersis: quatenus ecclesiastice pacis obtineat tranquillitatem: & post istius temporis decursum, ad æternam perueniat hæreditatem. Per Dominum.

Pro Prialatis & congregationibus eis commisi.

## Oratio.

O Mnipotens sempiterne Deus, qui facis mirabilia magna solus: prætende super famulos tuos, & super congregaciones illis commissas, spiritum gratiæ salutaris: & vt in veritate tibi placeant, porpetuum eis rorè tuae benedictionis infunde. Pet Dominum.

## Secreta.

Hostias Domine famulorum tuorum placatus intende: & quis in honorem non inis tui deuota mente pro eis celebramus, proficere sibi sentiat ad medelam. Per.

## Postcommunio

Quos cœlesti recreas munere, per petuæ, Domine, comitare præsidios: & quos souere non desinas, dignos fieri sempiterna redēptione concede. Per Dominum.

Pro congregatione & familiâ. Oratio.

Dilende, quæsumus Dñe, beata Maria semper Virgine intercedente, istam ab omni aduersitate familiâ: & toto corde tibi prostratam, ab hostiis propitijs tuere clementer insidiis. Per Dominum.

## Secreta.

Suscipe, quæsumus, clementer omnipotens Deus oblationem nostræ deuotionis: & per virtutem huius sacramenti, famulos tuos à cunctis protege aduersitatibus. Per Dominum nostrum.

## Postcommunio.

Sumptis redēptionis nostræ munerebus: præsta, quæsumus, omnipotens Deus, eoru nobis celebratione, tuae protectionis contra omnes aduersitates subsidium. Per Dñm.

Pro concordia in congregatione seruanda.

## Oratio.

Dous largitor pacis, & amator charitatis: da famulis tuis veram cum tua voluntate concordiam: vt ab omnibus, quæ nos pulsant, tentationibus liberemur. Per Dominum nostrum.

## Secreta.

His sacrificiis, Dñe quæsumus, cõce de placatus: vt, qui propriis oramus absolu delictis, non grauemur exterinis. Per Dñm.

Postcommunio.

Spiritu nobis Domine tñæ charitatis infunde: vt, quos vno pane cœlesti satiasisti, tua facias pietate cōcordes. Per Dominum.

Contra persecutores Ecclesie.

## Oratio.

Ecclesiae tuae, quæsumus Dñe, praes placatus admitte: vt destrutis aduersitatibus & erroribus universis, secura tibi seruiat libertate. Per Dominum.

## Secreta.

Protege nos Dñe tuis mysteriis seruientes: vt diuinis rebus inhaerentes, & corpore tibi famulemur & mente. Per Dominum.

# Communio

## Postcommunio.

Quæsumus Domine Deus noster:  
vt quos diuina tribuis participatione  
gaudere, humanis non finas subiace-  
re periculis. Per Dominum.

Contra persecutores & male agentes.

## Oratio.

Hostium nostrorum, quæsumus  
Domine, elide superbiam: & eorum  
contumaciæ dexteræ tuæ virtute pro-  
sterne Per Dñm.

## Secred.

Huius Domine virtute mysterij,  
& à propriis mundemur oculis, &  
ab inimicorum liberemur insidiis.

Per Dominum.

## Postcommunio.

Protector noster aspice Deus: & ab  
inimicorum nos defende periculis: vt  
omni perturbatione semota, liberisti  
bi mentibus seruiamus. Per Dñm.

Tempore belli.

## Oratio.

O Mnipotēs & misericors Deus,  
à bellorum nos, quæsumus, tur-  
bine fac quietos: quia nobis bona cū-  
cta præstabis, si pacem dederis men-  
tis & corporis. Per Dominum no-  
strum.

## Secred.

Sacrificium Domine, quod immo-  
lamus, placatus intende: vt ab omni  
nos bellorum eruat nequitia, & in tuę  
protectionis securitate cōstituat. Per  
Dominum.

## Postcommunio.

Sacrosancti corporis & sanguinis  
Dominii nostri Iesu Christi refectio-  
ne vegetati: supplices te rogamus o-  
mnipotens Deus: vt hoc remedio singu-  
lari, ab omnium peccatorum nos  
contagione purifices, & à periculorū  
munijs incursione cunctorum. Per  
eundem.

Pro quaunque necessitate, & re obtinen-  
da.

## Oratio.

D Eus refugium nostrum & vir-  
tus: adesto piis Ecclesiæ tuæ pre-  
cibus auctor ipse pietatis, & præsta:  
vt, quod fideliter petimus, efficaciter  
consequamur. Per Dominum no-  
strum.

## Secred.

Da misericors Deus: vt hęc saluta-  
ris oblatio, & à propriis nos reatibus  
indesinenter expediat, & ab omni-  
bus tueatur aduersis. Per Dominum  
nostrum.

## Postcommunio.

Sumpsimus Domine sacri dona  
mysterij, humiliter deprecantes: vt  
quæ in tui commemoratione nos  
facere præcepisti, in nostræ profi-  
cient infirmitatis auxilium. Qui  
viuis.

Pro quaunque tribulatione.

## Oratio.

N E despicias, omnipotens Deus,  
populum tuum in afflictione  
clamantem: sed propter gloriam no-  
minis tui, tribulatis succurre placatus.  
Per Dominum.

## Secred.

Suscipe Domine propitius hostias,  
quibus & te placari voluisti, & nobis  
salutem potenti pietate restitui. Per  
Dominum.

## Postcommunio.

Tribulationem nostram, quæsumus  
Domine, propitius respice: & irā tuę  
indignationis, quam iustè meremur,  
auerte. Per Dominum.

Tempore famis & pestis.

## Oratio.

D A nobis, quæsumus Domine,  
pię supplicationis effectum: &  
pestilentiam, famenque propitiatus a-  
uerte: vt mortalium corda cognos-  
cant, & te indignante talia flagella  
pro-

prodire, & te miserante cessare. Per  
Dominum. *Secreta.*

Deus, qui humani generis vtranq;  
substantiam, præsentium munerum,  
& alimento vegetas, & renouas Sacra  
mento: tribue, quæsumus: vt eorum  
& corporibus nostris subsidium non  
desit, & mentibus. Per Dominum no-  
strum. *Postcommunio.*

Guberna, quæsumus Dñe tempo-  
ralibus alimentis, quod dignaris æter-  
nis informare mysteriis. Per Domi-  
num.

*Ad pluuiam petendam. Oratio.*

Deus, in quo viuimus, mouemur,  
& sumus, pluuiam nobis tribue  
congruentem: vt, præsentibus subsi-  
diis sufficenter adjuti, sempiternæ fi-  
ducialibus appetamus. Per Dominum  
nostrum. *Secreta.*

Oblatis, quæsumus Domine, pla-  
re muneribus: & oportunum nobis  
tribue pluuiæ sufficientis auxiliū. Per  
Dominum. *Postcommunio.*

Da nobis, quæsumus Dñe, pluuiā  
salutarem, & aridam terræ facie flue-  
tibus cælestibus dignanter infunde.  
Per Dominum.

*Ad serenitatem petendam. Oratio.*

Ad te nos Domine clamantes ex  
audi: & aëris serenitatem nobis  
tribue supplicantibus: vt, qui iuste  
pro peccatis nostris affligimur, misere-  
cordia tua præueniente, clemen-  
tiam sentiamus. Per Dominum no-  
strum. *Secreta.*

Preueniat nos, quæsumus Domi-  
ne, gratia tua semper & subsequatur:  
& has oblationes, quas pro peccatis

nostris nomini tuo consecrandas de-  
ferimus, benignus assume: vt per in-  
tercessionem sanctorum tuorum, cù-  
ctis nobis proficiant ad salutem. Per  
Dominum. *Postcommunio.*

Quæsumus omnipotens Deus cle-  
mentiam tuam: vt inundantiam coér-  
ceas imbrum, & hilaritatem vultus  
tui nobis impertiri digneris. Per Do-  
minum.

*Ad tempestates repellendas. Oratio.*

Ad domo tua, quæsumus Domi-  
ne, spiritales nequitiae repellantur:  
& aërearum discedat malignitas  
tempestatum. Per Dñm. *Secreta.*

Offerimus tibi Domine laudes &  
munera, pro concessis beneficiis gra-  
tias referentes, & pro concedédis sem-  
per suppliciter deprecantes. Per Do-  
minum. *Postcommunio.*

Omnipotens sempiterne Deus, qui  
nos & castigando fanas, & ignoscen-  
do conseruas: præsta supplicibus tuis:  
vt & tranquilitatibus huius optatæ  
consolationis lætemur, & dono tuæ  
pietatis seim pervtamur. Per Domi-  
num.

*Pro feste animalium. Oratio.*

Deus, qui laboribus hominū, etiā  
de mutis animalibus solatia sur-  
rogasti: suppliciter te rogamus: vt si-  
ne quibus non alitur humana condi-  
tio nostris facias vlibus nō perire. Per  
Dominum. *Secreta.*

Sacrificiis Domine placatus obla-  
tis, opem tuam nostris temporibus  
clementer impende. Per Dominum no-  
strum. *Postcommunio.*

Benedictionem tuam Domine po-  
pulus

pus fidelis accipiat, quia corpore saluetur & mente: & cognitum tibi semper exhibeat seruitutem: & propitiationis tuae beneficia semper inueniat. Per Dominum.

Pro remissione peccatorum.

Oratio.

D<sup>e</sup>us, qui nullum respuis, sed quam tumuis peccantibus, per pecuniam pia miseratione placaris: responde propitiatus ad preces humilitatis nostrae, & illumina corda nostra: ut tua valencia nos implere praetepta. Per Dominum.

Praelens sacrificium Dñe, quod tibi pro delictis nostris offerimus, sit tibi munus acceptum: & tam viuentibus, quam defunctis proficiat ad salutem. Per Dominum.

Postcommunio.

Exaudi preces familiæ tuae omnipotens Deus: & praesta: ut sancta hec, quæ a te sumimus, incorrupta in nobis te donante seruantur. Per Dominum.

Pro petitione lachrymarum.

Oratio.

Omnipotens & misericordissime Deus, qui sitiensi populo fontem viuentis aquæ de petra produxisti: educ de cordis nostri duritia compunctionis lachrymas: ut peccata nostra plan gere valeamus, remissionemque peccatorum te miserante, mereamur accipere. Per Dominum.

Hanc oblationem, quæsumus Domine Deus, quam tuæ maiestati pro peccatis nostris offerimus, respice propitiatus: & produc de oculis nostris lachrymarum flumina, quibus debita flamarum incendia valeant extingui. Per Dominum.

Postcommunio.

Gratiam spiritus sancti, Dñe Deus, cordibus nostris clementer insunde, quæ nos gemitibus lachrymarum efficiat maculas nostrorum diluere peccatorum: atque optate nobis, te largiente, indulgentia præstet effectum. Per Dominum nostrum.

Pro tribulatione peccatorum.

Oratio.

Ineffabilem misericordiam tuam in nobis Domine clementer ostende: ut simul nos & a peccatis omnibus exuas: & a peccatis, quas pro his mereamur, eripias. Per Dominum nostrum.

Secreta.

Purificet nos, quæsumus Dñe, munieris presentis oblationis: & dignos sacra participatione perficiat. Per Dominum.

Postcommunio.

Præsta, quæsumus Domine, ut terrenis affectibus expiat: ad superni plenitudinem sacramenti, cuius libauimus sancta, tendimus. Per Dñm.

Pro devotis amicis.

Oratio.

D<sup>e</sup>us, qui charitatis dona per gratiam sancti spiritus tuorum cordibus fideliū insudisti, da famulis & famulabus tuis, pro quibus tuam deprecationem, clementiam, salutem mentis & corporis: ut te tota virtute diligant, & quæ tibi placita sunt, tota dilectione perficiant. Per Dominum nostrum.

Secreta.

Miserere, quæsumus Domine, famulis & famulabus tuis, pro quibus hoc sacrificium laudis tuae offerimus, maiestati: ut per hanc sanctam & perennem benedictionis gratiam, & beatitudinis acquirent.

**P**ant. Per Dominum nostrum Iesum Christum. *Postcommunio.*

Diuina libantes mysteria, quæsumus Domine, ut hæc salutaria sacramenta illis proficiant ad prosperitatem & pacem, pro quorum quarumque dilectione, hæc tuæ obtulimus maiestati. Per Dominum.

*Pro inimicis.*

*Oratio.*

**D**eus pacis, charitatisq; amator, & custos: da omnibus inimicis nostris pacem, charitatemq; veram: cunctorumq; eis remissionem tribue peccatorum: nosque ab eorum insidiis potenter eripe. Per Dominum nostrum. *Secreta.*

Oblatis quæsumus Domine, placare muneribus, & nos ab inimicis nostris clementer eripe: eisq; indulgentiam tribue delictorum. Per Dominum nostrum. *Postcommunio.*

Hæc nos communio Dñe eruat à delictis: & ab inimicorum defendat insidiis. Per Dñm.

*Pro iter agentibus.* *Oratio.*

**A**ddesto Dñe supplicationibus nostris, & viam famulorum tuorum in talitis tuæ prosperitate dispone: vt inter omnes viæ & vitæ huius varietates, tuo semper protegantur auxilio. Per Dñm. *Secreta.*

Propitiare Dñe supplicationib<sup>z</sup> nostris, & has oblationes, quas tibi offerimus pro famulis tuis, benignus assume: vt viâ illorū, & precedente gratia tua dirigas, & subsequente comitari dignaris: vt de actu atque in columitate eorū, secundū misericordię tuaę præficia gaudemamus. Per Dñm.

*Postcommunio.*

Tua Domine famulos tuos sperantes in te, quæ sumplimus sacramenta, custodian: & contra omnes aduersos tueātur incursus. Per Dominum.

*Pro nauigantibus.*

*Oratio.*

**D**eus, qui transtulisti patres nostros per mare rubrum, & transuexisti eos per aquam nimiam, laudem tui nominis decantantes: te suppliciter deprecamur, vt in nauifanulos tuos, repulsis aduersitatibus, portu semper optabili, cursuq; tranquillo tuearis. Per Dominum. *Secreta.*

Suscipe quæsumus Dñe, preces famulorum tuorum, cum oblationibus hostiarum: & tua mysteria celebrantes, ab omnibus defende periculis. Per Dominum. *Postcommunio.*

Sanctificati diuino mysterio, maiestate tuam Domine suppliciter deprecamur & petimus: vt quos donis facis cælestibus interesse, per signum sanctæ Crucis & à peccatis omnibus abstractas, & à periculis cunctis miseratus eripias. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

*Pro infirmis.*

*Oratio.*

**O**mnipotens semperne Deus, salus æterna credentium: exaudi nos pro infirmis famulis tuis, pro quibus misericordia tua imploramus auxilium: vt reddita sibi sanitatem, gratiarum tibi in Ecclesia tua referat actiones. Per Dominum nostrum Iesum Christum. *Secreta.*

Deus, sub cuius nutibus vita nostræ momenta decurrunt: suscipe preces & hostias famulorum tuorum.

## Oraciones

pro quibus misericordiam tuā ægrotantibus imploramus: vt de quorū periculo metuimus, de eorum salute lætemur. Per Dominum nostrum Iesum Christum. *Postcommunio.*

Deus infirmitatis humanæ singulare præsidium, auxiliū tui super infirmos famulos tuos ostende virtutem: vt ope misericordiæ tuæ adiuti, Ecclesiæ tuæ sanctæ incolumes representari mereantur. Per Dominum.

*Pro constituto in carcere. Oratio.*

**D**eus, qui beatum Petrum à vinculis absolutum illæsum abire fecisti: famuli tui in captiuitate positi vincula absolve: & eum, ipsius meritis, illæsum abire concede. Per Dominum.

*Secreta.*

Super has, quæsumus Domine, hostias benedictio copiosa descendat: quæ captiui nostri vincula soluat, & de eius liberatione nos cito lætificet. Per Dominum. *Postcommunio.*

Preces nostras, quæsumus Domine, clementer exaudi: & per hæc sacramenta, quæ sumplimus famulum tuum à vinculis suæ captiuitatis absolute. Per Dñm.

*Pro tentatis & tribulatis. Oratio.*

**D**eus, qui iustificas impium, & nobis mortem peccatorum: maiestatem tuā suppliciter deprecamur: vt famulos tuos de tua misericordia confidentes, cælesti protegas benignus auxilio, & assidua protectione conserues: vt tibi iugiter famulentur, & nullis tentationibus à te separari. Per Dominum.

*Secreta.*

Huius, quæsumus Domine, virtute mysterij, & à propitiis nōs mūda delictis, & famulos tuos ab omnibus ab solue peccatis. Per. *Postcommunio.*

Purifcent nos, quæsumus Domine, sacramenta quæ sumplimus: & famulos tuos ab omni culpa liberos esse concede: vt qui conscientiæ reatu constringuntur, cælestis remedij plenitudine glorientur. Per Dominum.

*Ad repellendas malas cogitationes. Oratio.*

**O**mnipotens & misericordissime Deus, respice propitiis preces nostras, & libera corda nostra de malorum temptationibus cogitationum: vt sancti Spiritus dignum fieri habitaculum mereamur. Per Dominum nostrum.

*Secreta.*

Has tibi Domine offerimus oblationes pro salute nostra: quatenus animas nostras ab immundis cogitationibus purges, illefasq; custodias: & sancti Spiritus gratia illuminare digneris. Per Dñm. *Postcommunio.*

Deus, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum: illumina quæsumus; corda nostra gratiæ tuæ splendore: vt dignè maiestati tuæ ministrare, teq; æterna charitate diligere valeamus. Per Dominum.

*Ad postulandam charitatem. Oratio.*

**D**eus, qui diligentibus te facis cuncta prodes: da cordibus nostris inuiolabilem tuæ charitatis affectum:

Etum: ut desideria de tua inspiratio-  
ne concepta, nulla possint tentatione  
mutari. Per Dñm.

Secreta.

Deus, qui nos ad imaginem tuam,  
sacramentis renouas & preceptis: per  
fice gressus nostros in semitis tuis: vt  
charitatis donum, quod fecisti à no-  
bis sperari: per hæc quæ offerimus fa-  
cificia, facias apprehendi. Per Domi-  
num.

Postcommunio.

Sancti spiritus gratia, quæsumus  
Dñe, corda nostra illuminet: & perse-  
ctæ charitatis dulcedine abundantem  
reficiat. Per Dominum.

Ad postulandum patientiam. Oratio.

Deus, qui vñigeniti tui patientia  
antiqui hostis contriviisti super-  
biam: da nobis, quæsumus, quæ idem  
piè pro nobis pertulit, dignè recolle-  
re: sicut, exemplo eius, nobis aduer-  
santia æquanimiter tolerare. Per Do-  
minum.

Secreta.

Munera nostræ oblationis, quæsumus  
Domine, placatus suscipe: quæ,  
vt nobis patientiæ donum condona-  
re digneris, maiestati tuæ deuota of-  
ferimus actione. Per Dominum no-  
strum.

Postcommunio.

Sacrosancta Dñe sumentes myste-  
ria, a missam nobis, quæsumus, recon-  
ciliant gratiam: atque munus patien-  
tiæ in illatis omnibus, sacer & vbiq;  
protegendo, impertiant. Per Domini-  
num.

Ad postulandum continentiam. Oratio.

Ver regne sancti spiritus renes no-  
stros, & cor nostrum, Dñe: vti-  
bi casto corpore seruiamus, & mun-  
do corde placeamus. Per Dñm.

Secreta.

Dirumpe Domine vincula pecca-  
torum nostrorum: vt sacrificare tibi  
hostiæ laudis absoluta libertate possi-  
mus: retribue quæ ante tribuisti: &  
salua nos per indulgentiam, quos di-  
gnatus es saluare per gratiam. Per Do-  
minus.

Postcommunio.

Domine adiutor & protector no-  
strorū adiuua nos: & refloreat caro no-  
stra vigore pudicitiae, & sanctimonie  
nouitate: exceptamq; de manu tartari  
in resurrectionis gaudiū iubeas præ-  
sentari. Per Dominum.

Pro salute viuorum. Oratio.

Prætende Domine fidelibus tuis  
dexteram cœlestis auxiliij: vt te to-  
to corde perquirat, & quæ dignè po-  
stulant consequi mereantur. Per Do-  
minum.

Secreta.

Propitiare Domine supplicationi-  
bus nostris: & has oblationes fidelium  
tuorum, quas tibi pro incolumitate  
eorum offerimus, benignus assume:  
& vt nullius sit irritum votum, nul-  
lius vacua postulatio: præsta, quæsumus:  
vt, quod fideliter petimus, effica-  
citer consequamur. Per Dominum  
nostrum.

Postcommunio.

Da fidelibus tuis, quæsumus Domi-  
ne, in tua fide & synceritate constan-  
tiam: vt in charitate diuina firmati,  
nullis temptationibus ab eius integrita-  
te vellantur. Per Dominum.

Pro viuis &amp; defunctis. Oratio.

Omnipotēs semperne Deus, qui  
vivorum dominaris simul & mor-  
tuorum: omniumq; misericordis, quos  
tuos fide & opere futuros esse præ-

G 3 nos.

## Crationes

noscis: te supplices exoramus, vt pro quibus effundere preces decreuimus: quosque, vel præsens sæculum adhuc in carne retinet, vel futurum, iam extus corpore suscepimus: intercedentibus omnibus sanctis tuis: pietatis tuæ clementia, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Dominum nostrum.

*Secreta.*

Deus, cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus: tribue, quæsumus, vt intercedentibus omnibus sanctis tuis, vniuersorum quos in oratione commendatos suscepimus, & nomina omnium fidelium beatæ prædestinationis liber ascripta retineat. Per Dominum nostrum.

*Postcommunicio.*

Purificent nos, quæsumus omnipotens & misericors Deus, sacramenta quæ sumplimus: & intercedentibus omnibus sanctis tuis: præsta, vt hoc tuum Sacramentum non sit nobis reatus ad pœnam, sed intercessio salutaris ad veniam: sit ablutione scelerum, sit fortitudo fragilium, sit contra omnia mundi pericula firmamentum: sit viuorum atque mortuorum fidelium remissio omnium delictorum. Per Dominum nostrum.

*In die obitus seu depositionis defuncti.*

*Oratio.*

Deus, cui proprium est misericordia semper & parcere: te supplices exoramus pro anima famuli tui N. quam de hoc sæculo hodie migrare iussisti: vt non tradas eam in manibus inimici, neque obliuiscaris in fidem: sed iubeas eam a sanctis angelis susci-

pi, & ad patriam paradisi perduci: vt quia in te sperauit & credidit, non pœnas æternas sustineat, sed gaudia sempiterna possideat. Per. *Secreta.*

Propitiare, quæsumus Dñe, animæ famuli tui N. pro quo tibi hostiæ laudis immolamus, maiestatè tuam suppliciter deprecantes: vt per hæc piae placationis officia, peruenire mereatur ad requiem sempiternam. Per Dominum nostrum.

*Postcommunicio.*

Præsta, quæsumus omnipotens Deus: vt anima famuli tui N. quæ hodie de hoc sæculo migravit, his sacrificiis purgata, & a peccatis expedita, indulgentiam pariter & vitam capiat, sempiternam. Per Dominum nostrum.

*In die tertie, septimo, et trigesimo depositionis defuncti.*

*Oratio.*

Quæsumus Domine: vt anime famuli tui, cuius depositionis dié tertium (vel septimum) (vel trigesimum), commemoramus, sanctorum atque electorum tuorum largiri digneris consortium: & rorem misericordiae tuæ perennem infundas. Per Dominum nostrum.

*Secreta.*

Munera, quæsumus Domine, quæ tibi pro anima famuli tui offerimus, placatus intende: vt remedii purgata cælestibus, in tua pietate requiescat. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

*Postcommunicio.*

Suscipe Dñe preces nostras pro anima famuli tui: vt si quæ ei macule de terrenis contagiosis adhæserunt, remissionis tuæ misericordia deleantur. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

In anniversario defunctorum. Oratio.

**D**eus indulgentiarum Domine,  
da animabus famulorum famu-  
larumq; tuarum, quorum anniuersa-  
rium depositionis diem commemo-  
ramus, refrigerij sedem, quietis beati-  
tudinem, & luminis claritatem. Per  
Dominum.

Secreta.

Propitiare Domine supplicationi-  
bus nostris, pro animabus famulorū  
famularumq; tuarum, quorū hodie  
annua dies agitur, pro quibus tibi of-  
ferimus sacrificium laudis: vt eas san-  
ctorum tuorum consortio sociare di-  
gneris. Per Dñm.

Postcommunio.

Præsta, quæsumus Domine, vt ani-  
mæ famulorum famularumq; tuarū,  
quorum anniuersarium depositionis  
diem commemoramus, his purgatae  
sacrificiis, indulgentiam pariter & re-  
quiem capiant sempiternam. Per Do-  
minum.

In die depositionis, & anniuersario Sum-  
mi Pontificis. Oratio.

**D**eus, qui inter summos sacerdo-  
tes famulum tuum N. ineffabili-  
tua dispositione connumerari vo-  
luisti: præsta quæsumus, vt qui vnigeni-  
ti filij tui vices in terris gerebat, san-  
ctorum tuorum pontificum confor-  
tio perpetuo aggregetur. Per eundē  
Dominum.

Secreta.

Suscipe, quæsumus Dñe, pro anima  
famuli tui N. summi Pontificis quas  
offerimus hostias vt cui in hoc seculo  
Pontificale donasti meritum, in cœ-  
lesti regno sanctorum tuorum iubeas  
iungi consortio. Per Dominum no-  
strum.

Postcommunio.

Profit quæsumus Dñe, animæ fa-  
muli tui N. summi Pontificis miseri-  
cordia tuæ implorata clementia, vt  
eius in quo sperauit, & credidit, eter-  
num capiat te miserante consortium.  
Per Dominum.

Pro defuncto Episcopo vel sacerdote.

Oratio.

**D**eus, qui inter apostolicos sacer-  
dotes, famulum tuum (pontifi-  
cali) vel (sacerdotali) fecisti dignitate  
vigere, præsta quæsumus: vt eorum  
quoque perpetuo aggregetur consor-  
tio. Per Dominum.

Secreta.

Suscipe Domine quæsumus pro  
anima famuli tui (ponticis) quas offe-  
rimus hostias: vt cui in hoc sæculo  
(pontificale) donasti meritum, in cœ-  
lesti regno sanctorum tuorum iubeas  
coniungi consortio. Per Dominum  
noscum.

Postcommunio.

Profit, quæsumus Domine, animæ  
famuli tui (pontificis) misericordia  
tuæ implorata clementia: vt eius in  
quo sperauit, & credidit, æternum ca-  
piat, te miserante consortium. Per.

Pro uno defuncto.

Oratio.

**I**nclina Dñe aurem tuā ad preces  
nostras, quibus misericordia tuam  
suplices deprecamur: vt animam fa-  
muli tui, quam de hoc seculo migra-  
re iusisti, in pacis ac lucis regione cō-  
stituas: & sanctorum tuorum iubeas  
esse consortem. Per Dñm.

Secreta.

Annue nobis, quæsumus Dñe, vt  
animæ famuli tui hæc profit oblatio,  
quæ immolado totius mundi tribui-  
sti relaxari delicta. Per Dominum.

## Orationes

### Postcommunio.

Absolute quæsumus Domine, animam famuli tui ab omni vinculo delictorum: ut in resurrectionis gloria interfustos & electos tuos, resuscitatus respiret. Per Dominum.

Pro m: defuncto. Oratio.

**Q**uæsumus Dñe pro tua pietate miserere animæ famulæ tuæ, & à contagii mortalitatis exutâ in æternæ salutationis parté restitue. Per Dominum.

Secreta.

His sacrificiis quæsumus Dñe, anima famulæ tuæ à peccatis omnibus exuatur, sine quibus à culpa nemo liber extitit: ut per hæc piæ placationis officia, perpetuam misericordiæ consequatur. Per.

Postcomm.

Inueniat quæsumus Dñe, anima famulæ tuæ lucis æternæ consortium: cuius perpetuæ misericordiæ consecuta est sacramentum. Per Dñm..

Pro patre & matre. Oratio.

**D**eus, qui nos patrem & matrem honorare præcepisti: miserere clementer animabus patris & matris meæ: eorumq; peccata dimitte, meq; eos in æternæ claritatis gaudio fac videre. Per Dominum.

Secreta.

Suscipe sacrificium Dñe, quod tibi pro animabus patris & matris meæ offero: eilq; gaudiū sempiternum in regione viuorū cōcedē meq; cū illis felicitati sanctorū cōiuge. Per. Post.

Cælestis participatio Dñe sacramenti animabus patris & matris meæ, requiem & lucem obtineat pertetuā: meque cum illis gratia tua coronet æterna. Per Dominum.

Pro defunctis fratribus, propinquis, & benefactoribus.

Oratio.

**D**eus veniae largitor, & humanæ salutis amator, quæsumus clementiam tuam: ut nostræ congregatiōnis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc sæculo transierūt: beata Maria semper Virgine intercede cū omnibus sanctis tuis: ad perpetuæ beatitudinis consortium pervenire concedas. Per.

Secreta.

Deus, cuius misericordiæ non est numerus, suscipe propitiū preces humilitatis nostræ: & animabus fratrum, propinquorum, & benefactorum nostrorum, quibus tui nominis dedisti confessionem: per hæc sacramenta salutis nostræ cunctorum remissionem tribue peccatorum. Per Dominum nostrum.

Postcommunio.

Præsta, quæsumus omnipotens & misericors Deus, ut animæ fratrum, propinquorum, & benefactorum nostrorum, pro quibus hoc sacrificium laudis tuæ obtulimus maiestati: per huius virtutem sacramenti à peccatis omnibus expiatæ, lucis perpetuæ, te miserante, recipient beatitudinē. Per Dominum.

Pro his, qui in cœmeterio requiescunt.

Oratio.

**D**eus, cuius miseratione animæ fidelium requiescunt, famulis & famulabus tuis omnibus, hic & ubiq; in Christo quiescentibus, da propitiū veniam peccatorum: ut à cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine lætentur. Per eundem.

Secreta.

Pro animabus famulorum famula-

rum.

Tumque tuarum, & omnium catholicon  
corum hic & ubique in Christo dor-  
mientium, hostiam Dñe suscipe be-  
nignus oblatam: vt hoc sacrificio sin-  
gulari, vinculis horrendæ mortis exu-  
tæ, vitam mereantur æternam. Per  
eundem.

Postcommunio.

Deus fidelium lumen animarum,  
ad esto supplicationibus nostris: & da  
familis & famulabus tuis, quoru corpora hic & ubique in Christo requies-  
cunt, refrigerij sedem, quietis beatitu-  
dinem, & luminis claritatem. Per  
Dominum.

Pro fidelibus d. functis generalis. Oratio.

**F**idelium Deus omnium cōditor  
& redemptor, animabus famulo-  
rum famularumq; tuarum remissio-  
nem cūctorum tribue peccatorum  
vt indulgentiam quam semper opta-  
uerunt, piis supplicationibus conse-  
quantur. Qui viuis.

Secreta.

Hostias, quæsumus Dñe, quas tibi  
pro animabus famulorum famula-  
rumque tuarum offerimus, propitia-  
tus intende: vt quibus fidei Christia-  
nae meritum contulisti, dones & pre-  
mium Per Dñm.

Postcommunio.

Animabus quæsumus Dñe, famu-  
lorum famularumque tuarum oratio  
proficiat supplicantium: vt eas & à  
peccatis omnibus exuas, & tuæ redē-  
ptionis facias esse participes. Qui vi-  
uis & regnas.

Pro pluribus defunctis. Oratio.

**D**eus, cui proprium est, misericordi-  
semper & parcere: propitiare an-  
imabus famulorum famularumque  
tuarum, & omnia eorum peccata di-

mitte: vt mortalitatis vinculis absolu-  
tae, transire mereantur ad vitam. Per  
Dominum.

Secreta.

Annuo nobis Dñe, vt animabus fa-  
mularum famularumque tuarū, hęc  
profit oblatio: quam immolando to-  
tius mundi tribuisti relaxari delicta.  
Per Dominum.

Postcommunio.

Deus, cui soli competit medicinā  
præstare post mortem: præsta quesu-  
mus, vt animæ famulorum famula-  
rumque tuarum terrenis exutę cota-  
giis, in tuę redēptionis parte nume-  
rentur. Qui viuis.

Alia pluralis, vt supra. Oratio.

**A**nibus, quæsumus Dñe, famu-  
lorum famularumque tuarū mi-  
sericordiam concede perpetuam: vt  
eis proficiat in æternum, quod in te  
sperauerunt & crediderunt. Per Do-  
minum.

Secreta.

His Dñe quæsumus, placatus inten-  
de muneribus, & quod ad laudę tui  
nominis supplicantes offerimus, ad  
indulgentiam proficiat defunctorū.  
Per Dominum.

Postcommunio.

Supplices Dñe pro animabus famu-  
lorum famularumq; tuarum preces  
effundimus obsecrantes: vt quicquid  
conuersatione contrarerunt huma-  
na: & clementer indulgeas, & in tuo-  
rum sede latentium constituas redē-  
ptorum. Per Dominum.

Ad faciendam aquam benedictam. Orio.

**I**mmensam clementiam tuam, o  
innipotens æterne De° humiliter  
imploramus, vt hanc creaturam fa-  
lisquā in usum generis humani tri-  
buisti, bene dicere, & sancti fica-

## Orationes

re tua pietate digneris: ut sit omnibus sumentibus salutis mentis & corporis: & quicquid ex eo tactum, vel respersum fuerit, careat omni immunitia, omniisque impugnatione spiritalis nequitiae. Per Dominum. *Oratio.*

Deus, qui ad salutem humani generis, maxima quoque sacramenta in aquarum substacia condidisti: adesto propitiis inuocationibus nostris, & elemento huic multimodis purificationibus præparato, virtutem tuæ bene + dictionis infunde: ut creatura tua mysteriis tuis seruiens, ad abigendos demones, morbosque pellédos, diuinæ gratiæ sumat effectu: ut quicquid in domibus vel in locis fidelium hæc vnda resperferit, careat omni immunditia, liberetur à noxa: non illic resideat spiritus pestilens, non aura corruptens: discedant omnes infidiae latentis inimici: & si quid est, quod aut incolumenti habitantium inuidet, aut quieti, aspersione huius aquæ effugiat: ut salubritas per inuocationem sancti tui nominis expedita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per Dominum nostrum Iesum Christum. *Oratio.*

Deus inuictæ virtutis auctor, & insuperabilis imperij rex, ac semper magnificus triumphator: qui aduersæ dominationis vires reprimis: qui inimici rugientis seuitiam superas: qui hostiles nequitias potenter expugnas: te Domine trementes & supplices de precamur ac petimus: ut hanc creaturam salis & aquæ dignanter aspicias: benignus illustres: pietatis tuae rore

sanctifices: ut vbi cunque fuerit asperfa: per inuocationem sancti tui non minis omnis infestatio immundi spiritus abigatur: terrorque venenosí serpentis procul pellatur: & præsencia sancti Spiritus nobis misericordia tuam poscentibus, vbi que adeste dignetur. Per Dominum nostrum Iesum Christum. *Oratio.*

Exaudi nos Domine sancte Pater omnipotens æterne Deus: & mittere digneris sanctum angelum tuum de cælis, qui custodiat, foueat, protegat, vllitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

*In benedictione agni Paschalis.*

*Oratio.*

D Eus, qui per famulum tuum Moysem, in liberatione populi tui de Ægypto agnum occidi iussisti in similitudinem Domini nostri Iesu Christi, & vtrosque postes dormorum de sanguine huius agni perungi præcepisti: ita bene + dicere & sancti + sicare digneris hanc creaturam carnis, quam nos famuli tui ad laudem tuam sumere desideramus: per resurrectionem Dñi nostri Iesu Christi. Qui tecum viuit.

*In benedictione panis. Oratio.*

D Omine Iesu Christe, panis angelorum, panis viuus & æternæ vita, bene + dicere dignare panem istum, sicut benedixisti quinque panes in deserto: ut omnes ex eo dignè gustantes, inde corporis & animæ desiderabilem percipient sanitatem. Per Christum.

In benedictione nouorum fructuum.

Oratio.

**B**ene + dic Dñe hunc nouum fructum N. & præsta: vt, qui ex eo in tuo sancto nomine vescetur, corporis & animæ salute potiatur. Per Dominum.

In benedictione ad quodcumq; comestibile.

Oratio.

**B**ene + dic Dñe creaturam istam N. vt sit remedium salutare generi humano: & præsta per inuocationem sancti nominis tui: vt quicunq; ex ea sumperint corporis sanitatem, & animæ tutelam accipient. Per.

In benedictione candelarum. Oratio.

**D**omine Iesu Christe, fili Dei ui, bene + dic candelas istas supplicationibus nostris: infunde eis Domine per virtutem sancte Cru + cis benedictionem celestem, qui eas ad repellendas tenebras humano generi tribuisti: talesque benedictionem signaculo sancte Cru + cis accipient, vt quibusunque locis accensæ sive politæ fuerint, discedant principes nebrarum, & contremiscant, & fugiant pauidi cum omnibus ministris suis ab habitationibus illis: nec præsumat amplius inquietare, aut molestares uidentes tibi omnipotenti Deo. Qui vivis.

In benedictione loci. Oratio.

**B**ene + dic Domine Deus omni potens, in eum istum: vt sit in eo sanitas, castitas, iæctoria, virtus, humilitas, bonitas, & mansuetudo, plenitudo legis, & gratiarum actio, Deo Patri, & Filio, Spiritui sancto: & haec be-

nedictio maneat super hunc locū, & super habitantes in eo. Per Christum Dominum.

In benedictione domus nouæ. Oratio.

**T**e Deum patrem omnipotentem, suppliciter exoramus pro hac domo, & pro eius habitatoribus ac rebus: vt eam bene + dicere, & sanctificare, ac bonis omnibus ampliare digneris. Tribue igitur eis Dñe de ore cœli abundantiam, & de pinguedine terræ vita substantiam, & desideria voti eorum ad effectum tuæ miserationis perducas. Ad introitum ergo nostrum bene + dicere & sanctificare dignare hanc domum, sicut benedicere dignatus es domum Abraham, Isaac & Iacob: & intra parietes domus istius Angeli tuæ lucis inhabitent, eamq; & eius habitatores custodiunt. Per Christum.

In benedictione thalami. Oratio.

**B**ene + dic Domine thalamum hunc: & omnes habitantes in eo, in tua pace constellant, & in tua voluntate permaneant & senescant, & multiplicentur in longitudine dierū. Per Christum.

In benedictione nouæ nauis. Oratio.

**P**ropitiare Dñe supplicationibus nostris, & bene + dic nauim istam dexteram tua sanctam, & omnes qui in ea vehetur, sicut dignatus es benedicere arcā Noe ambulantem in diluvio. Porridge eis Domine dexteram tuam, sicut porrexiisti beato Petro ambulanti supra mare: & mitte sanctum Angelum tuum de cælis, qui liberet & custodiat eam semper a pe-

## Orationes

¶ periculis vniuersis; cum omnibus,  
qua in ea erit: & famulos tuos, repul-  
sis aduersitatibus, portu semper cur-  
suque tranquillo tuearis. transactisque  
riteque perfectis negotiis omnibus,  
iterato tempore ad propria cū omni  
gaudio reuocare digneris. Per.

In benedictione sacerdotalium indumentorum  
in genere. Oratio.

**O**Mnipotens sempiterne Deus,  
qui per Moysen famulum tuū  
pōtificalia & sacerdotalia, atque leuiti-  
ca vestimenta, ad exsplendum mini-  
sterium eorum in conspectu tuo ad  
honorem & decorē nominis tui sie-  
ri decreuisti: adesto propitiis inuoca-  
tionibus nostris: & hēc indumenta  
sacerdotalia, de super irrigante gratia  
tua, ingenti benedictione per nostrā  
humilitatis seruitutem purifi ✠ care,  
bene ✠ dicere, & conse ✠ crare di-  
gnoris: vt diuinis cultibus, & sacris  
mysteriis apta & benedicta existant:  
hisque sacris vestibus pontifices, sa-  
cerdotes, seu levitæ tui induti, ab o-  
mnibus impulsionibus seu tentationi-  
bus malignorum spirituum muniti,  
& defensi esse mereātur: tuisque my-  
steriis apte & condigne seruire, & in-

hærere, atque in his tibi placitē & de-  
uotē perseuerare tribue. Per Christum.

Oratio.

Deus inuictæ virtutis auctor, & o-  
mniuni rerum creator ac sanctificator,  
intende propitiis preces nostras:  
& hēc indumenta leuiticæ & sacerdo-  
talis glorie, ministris tuis fruenda, tuo  
ore proprio bene ✠ dicere, cose ✠  
crare, & sancti ✠ facere dignoris: o-  
mnesque eis vtentes, tuis mysteriis  
aptos, & tibi in eis deuotè & amabili-  
ter seruientes, gratos effici concedas.  
Per Dominum.

Oratio.

Domine Deus omnipotens, qui ve-  
stimenta pōtificibus, sacerdotibus, &  
leuitis in vsum tabernaculi fœderis  
necessaria Moysen famulum tuum  
agere iusisti, eumque spiritu sapientiæ  
ad id peragendū repleuisti: hēc vesti-  
menta in vsum & cultum mysterij tui  
sancti ✠ facere, bene ✠ dicere, & conse  
✠ crare dignoris: atque ministros  
altaris tui, qui ea induerint, septiformis  
spiritus gratia dignanter repleri,  
atque castitatis stola beata facias cū  
bonorum fructu operum ministerij  
congruētis immortalitate vestiri. Per  
Christum Dominum nostrū. Amen.

Oratio.

# Orationes propriæ Sanctorum, qui in Hispania generaliter celebrantur.

In festo Expectationis beatissimæ Virgi-  
nis Marie. Oratio.

¶ Deus qui de beatæ Mariæ Virgi-  
nis, &c. vt supra in votiis B. Mariæ ab  
Aduentu, usque ad Natiuitatem.

In festo S. Ildefonsi Archiepiscopi Toleta-  
ni confess. Oratio.

¶ Exaudi quæsumus Domine pre-  
ces nostras, &c. vt supra de communi-  
vnius confessoris pontificis.

In festo S. Iuliori Archiepiscopi Hispanen-  
sis confessoris & doctoris. Oratio.

¶ Deus qui populo tuo, &c. vt supra  
in communi Doctorum.

In festo Triumphi S. Crucis. Oratio.

¶ Deus, qui per Crucem tuam po-  
pulo in te credenti, triumphum  
contra inimicos concedere voluisti,  
quæsumus, vt tua pietate adoratibus  
Crucem victoriam semper tribuas &  
honorem. Qui viuis. Secreta.

Sacrificium Domine, quod tibi im-  
molamus, placatus intende; vt ab o-  
mni nos exuas bellorum nequitia, &  
per vexillum sanctæ Crucis filij tui  
ad conterendas aduersariorum infi-  
dias, nos in tuæ protectionis securita-  
te constituat. Per eundem Dominum  
noscum. Postcommunio.

Exaudi nos Deus salutaris noster:  
& per triumphum sanctæ Crucis, à  
eundem nos defende periculis. Per  
Dominum.

In festo S. Anne matris gloriose Virgi-  
nis Marie. Oratio.

¶ Deus, qui beatæ Annæ tantâ gra-  
tiâ donare dignatus es: vt Ma-  
riam matrem tuam in vtero suo por-  
tare mereretur: da nobis quæsumus,  
per intercessionem matris & filie, tuę  
propitiationis abundantiam: vt quar-  
rum memoriam pio amplectimur a-  
more, earum precibus ad cælestem  
Hierusalē peruenire mereamur. Qui  
viuis & regnas. Secreta.

Super has, omnipotens pater, obla-  
tiones, que in commemoratione bea-  
tæ Annæ consecrantur, tuam infun-  
de benedictionem: & per eas nobis  
cunctorum criminum expiationem  
tribuas, & munimen. Per Dominum  
noscum. Postcommunio.

Sumpta sacramenta, quæsumus Do-  
mine, intercedente beatissima Anna  
matre gloriose genitricis vigeniti  
tui, nos & ab hostium defendant for-  
midine: & eternæ mortis amaritudi-  
ne. Per eundem.

In festo translationis S. Iacobi Apostoli  
Hispanie Patroni. Oratio.

¶ Deus, qui dispositione mirabili  
corpus beati Iacobi Apostoli  
tui, de Hierosolymis ad Hispaniam  
transferri, & in Compostella glorio-  
se sepeliri voluisti: concede quæsumus,  
vt eius meritis & precibus, in ce-  
lesti Hierusalē collocari mereamur.

Per

Orationes proprie*s*an*E*t. Hispaniae.

Per Dominum.                                      Secreta.  
Sanctifica quæsumus Dñe oblata  
munera, quæ in translatione beati Ia-  
cobi Apostoli tui offeruntur: ita ut  
per ea vita nostra inter aduersa &  
prospera ubique dirigatur. Per Do-  
minum.

Postcommunio.

Perceptis Domine sacramentis sup-  
pliciter exoramus: ut intercedebeat bea-  
to Iacobo Apostolo tuo, quæ pro il-  
lius veneranda gerimus translatio-  
ne, nobis proficiat ad medelam. Per  
Dominum nostrum Iesum Christum  
filium tuum. Qui tecum.

B V R G I S.  
Apud Philippum Iuntam.

1578.

2<sup>o</sup> de Mayo año de 1811

Salvo  
Salvo

es al Br. Josep decanari cura y Beneficio  
de la P. de los Tres

Br. Josep decanari

Br. Josep decanari

Br. Josep decanari

Br. Josep decanari

Malo cum Tremorem meum quia peritudo  
alio. Domine

~~Joseph~~ Vicente. Let his  
name be made known. Much content  
~~in delicate~~  
~~and spruce~~

~~Such a~~ ~~fool~~ ~~is~~ ~~ab eschauarri~~ ~~cuius~~  
timet deum aerum ~~He~~

Vicent

Windward

Jauville

~~ose~~ ~~is~~ ~~ab eschauarri~~ ~~He~~

Jauville

Joseph

~~in delicate~~ ~~He~~

Nada de effo no me toca,  
que lo que me tache es tu  
a matar hambrientos lobos,  
que el Ganado quien engullir,  
El mesjor Sabio es aquell,  
que la pide en tu effto cumplir,  
lo demas es tirar piedras,  
y nuncala blanca han de herir.  
La Oveja que me le va  
por aquell, o por alli,  
con un garrote la hago  
venida donde ha de venir;  
y alsi, mi Rebano todo,  
le tengo como yo quiere,  
y va por onde eve ir.  
Que el hombre es mundo pequeno  
y va por donde eve ir.  
Le oí a un Curia decir,  
y friendo pequeno, quiere  
Dios me manda quiera al Rey,  
y le ame como a mi;  
pero no manda que al Rey  
Si manda: en effto iba errao,  
que al Buen Paffor le atribuir  
del Mayoral el acierre,  
Yá me le hacia a mi muchacho,  
que al cabo, y al fin, al fin,  
un Paffor puede dar reglas  
mas que un Perrazo Martin.

Nada

que l Bueno le arrime allí;

que l Malo lea premiadó,

que l Mano vaya por allí;

que l Gobierno le gobierne,

lo demás que me da a mí,

que en dando centro mi Ato,

y mande quien mande allí,

Pues arte Oveja al Rebaño,

que te los venga a pedir;

que hiciste de los talentos,

que bien se me ha de decir;

Luego a cuidar mi Gando,

por quien fue Ministro allí.

y Paffor yo, no he dar queertas

cada uno de por si;

Dios juzga a todos, y a todos

si nada me ha de jervir,

para que quien juzgar,

quando a juzgo tiene de ir,

Luego si el juzgo me faltá,

je verá acabado allí.

que ha de juzgar, porque el juzgo

es de este modo, o aní;

juzgará si el que gobierna

que es lo que le ha de jervir.

juzgará de si obro bien,

Ni aun del gullano mas vil;

juzgará del Rey entoncés;

a el que con juzgo le vi.

y je verá el far sin juzgo

juzguele cada uno a si,

Si a todos vendrá a juzgar,

Si el Mercader mide bien,  
Si la Frutería es Ladróna,  
Si el Cordero pella así,  
Si hay Juncas, y si hay Comercios:  
Pues si de todos cuidas, di,  
de ti quién ha de cuidar?  
La Carda es la Reyna,  
y Widua fe halla en Madrid,  
Jeguid a la Carda,  
Si al proximo no miras.  
Bien se, que en lengua de fruego  
antes de la pluma alir,  
La Pluma fe ha convertit.  
Hacer bien al que hizo mal,  
la Carda lo hace; y  
hablando con cardadas,  
cardada havrá al decir.  
Quantos que muy mal hablaron,  
los he oido yo aplaudir;  
que el bien creo que contiene  
en el bazar, al juzgar.  
Quantos que úne quentos, ni quantos,  
Y mis Ovejas Perdidias,  
a quien tengo de acudir?  
Hé; ve aquí la Dotorina:  
Si yo me jura acudir  
a lo que a mi cargo tengo,  
no tuviéra que gemir.

112  
the number  
of each tab  
is as follows  
1. do. 112  
2. do. 110  
3. do. 110  
4. do. 110

113  
The following  
is a list of  
the names of  
the persons  
who have  
been  
employed  
in the  
construction  
of the  
bridge.

1216

G-E